BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8. A
35

ROMA

13-9.a-38

13.8.A.35

# CAMILLI

## PLAVTII PAEZONIS

IVRISCONSVLTI FON-
TANELLATENSIS COM-
MENTARIA.

*Ad l.1.ff.de offic.eius cui mand.eſt iuriſd.*
*in quibus tota materia iuriſdictionis*
*mandatæ, & meri, & mixti*
*imperij pulcherrime*
*enucleatur.*

*Et opiniones Doctorum inter ſeſe diſſen-*
*tientiũ, mirum in modum concilian-*
*tur, & noua multa non minus*
*ſubtiliter, quàm copioſe*
*traduntur.*

BIB. S. A.

PLACENTIAE
M. D. LI.

# HOC OPVS DIVISVM EST IN
## *quatuor libros, & breuiter continet infraſcriptas concluſiones.*

*Liber primus continet infraſcripta.*

**Primo** *præfationes* 15. *quæ uulgo præmiſſa uocantur, quæ mirum in modum conferunt ad intellectum huius materiæ. ĩ uerb. p̃fationes à nu. 8. uſq; ad nu. 48.*
**Secundo** *Declarationes, & uarios intellectus ad hanc legem, cum opportunis declarationibus, ex quibus tota hæc materia remanet optime enucleata. in uerb. declarationes à nu. 12. uſq; ad nu. 131.*

*Secundus liber continet infraſcripta, uidelicet.*

*In uerb. ſpecialiter.*

*Specialiter quomodo accipi debeat, & quæ ſint ea quæ ſpecial'r lege, uel ſenatus conſulto, uel conſtitutione principis tributa dicuntur, & quare mandari nõ poſſint. numero 10. Deinde ponitur concluſio q̃ ea q̃ ſpecial'r tributa ſunt mandari nõ poſſunt nu. 17. cum 10. ampliat. & 12. limitationib. uſq; ad nu. 22. et ibi ponũtur quatuor breues cõcluſiones, q̃bus omnia quæ mandari non poſſunt, continentur.*

*In uerſ. mandata Iuriſdictione.*

*Iuſſus & mandatum in quo differant, nu. 6.*
*Locũtenens quid ſit, & à quo conſtitui poteſt, & quam poteſtatem habeat, nu. 8. uſq; ad nu. 18.*
*Locũtenens ab ordinario an conſtitui poßit, q̃ non, numero 11. fallit ſeptem caſibus nu. 12. & 13.*

Index

Iudex datus quid ſit, & quomodo olim conſtituebatur, et à quibus, et quam poteſtatem habeat, et quid differat ab eo cui mãdata eſt iuriſd. nu. 18. uſq; ad nu. 47.
Differentiæ 16. Inter iudicem datũ, & eum cui mandata eſt iuriſdictio, nu. 32. uſque ad nume. 47.
Verſ. quæ uero iure magiſtratus.
Iure magiſtratus quid dicatur cõpetere, nu. 2. uſq; ad nu. 15. ubi per multas concluſiones declaratur iſte terminus, quæ fere totam hanc materiam complectuntur.
Quæ mandari poßint, uide quinq; breues concluſiones, nu. 16. quæ uero mãdari nõ poßint, tradũtur p quatuor breues concluſiones in uerb. ſpecialiter, nu. 17.
A qbus ãt mãdari poßit iuriſdictio, uide nu. 17. ubi ponũtur. 15. cõcl. ſuccĩte, ex qbus tota illa mã explicatur.
Magiſtratus quilibet, etiã minimus, an poßit iuriſdictionem mandare, diſputatur, nu. 34. uſq; ad nu. 44. ponitur, nu. 45. concluſio q; ſic, cum 10. amplia. uſque ad nume. 55. cum 9. limita. nu. 56. uſque ad nu. 64.
Magiſtratus municipales an iudices dare poßint, diſputatur ad partes. nu. 65. uſque nu. 73. & fit concluſio contra cõmunem, nume. 70.
Doctor an poßit iuriſdictionem mandare quam habet in ſcholares, communis eſt q; ſic, nume. 25. fit concluſio contra cõmunem q; non, nume. 74. & 77.
Delegatus an poßit mãdare iuriſdictionem: fit concluſio cõmunis q; nõ, & hæc quæſtio eſt duplex. nam in ea q̃ritur, an poßit iuriſdictionẽ mãdare, et an poßit iudicẽ dare, et fit cõcluſio q; delegatus nõ ſubdelegat, nu. 80. 81. 82. quæ ampliatur 8. modis, nu. 83. uſq; ad nu. 86. limitatur 16. modis nu. 87. uſque ad num. 119. ubi late enucleatur tota materia ſubdelegationis.

Delegatus principis, an ſubdelegare poßit, et iuriſdictionem mãdare, ſit concluſio cõis q. ſic, nu. 120. quæ ampliatur quinq; modis, nu. 121. 122. limitatur. 15. modis. nu. 123. uſque ad nume. 145.

Liber Tertius.

Verſ. & Ideo.

Cognitio meri imperij an trãſeat in gñali mandato. nu. 2.
Generale mãdatum an comprehẽdat ſpecialiter tributa, & merum imperium? q. ſic, nu. 4. uſq; ad nu. 16. contrarium eſt uerius, nu. 17. uſq; ad nu. 22.
Cognitio criminum nõ eſt meri imperij. n. 2. cõtra cõem.
Specialiter tributa nõ trãſeunt in gñali mandato. nu. 38.
Iurisdictiõe data an trãſeat oĩs iuriſdictio ẽt ſpãliter tributa et imperiũ oẽ, nu. 3. diſputatur q. ſic uſq; ad nu. 16. Cõtraria opinio ẽ uerior nu. 17. et diſputatur uſq; ad nume. 32. et firmatur hæc cõcluſio, nu. 33. cum quinq; ampliationibus, et ſex limitationibus.
Caſtro donato à principe cum iuriſdictione, an tranſeat imperium merum. nu. 26. & 27.
Magiſtratus municipales an habeãt merum imperium in paruis, ſit cõcluſio cõtra cõem q. non. nu. 34. uſq; ad nu. 41. ibi datur intellectus nouus ad tex. in l. magiſtratibus, ff. de iuriſd. om. iud. nu. 36.
Auth. ad hæc. C. de iud. & tex. in. §. illud. in auth. ut de funct. ſeu fune. nu. 42. uſq; ad numerũ 46. quõ procedat, cõi ſenſu reprobato, & q. põt fieri delegatio reſeruata ſibi ſententia, etiam abſq; eo q. toties reaſſumatur proceſſus: ut preſupponunt doct. in d. auth. ad hæc. & q. ille text. non loquitur de delegatis, ſed de conſiliarijs, & aſſeſſoribus, qui carent iuriſdictione.

Verb.

Exercitatio.i. cognitio,nume.1.
Cognitio differt ab aīaduerſione,nu.2.et an data cognitione cōtineatur diffinitio,nu.3.Diſtingue. ut nu.4.
Executio & pronunciatio, an differant, & an qui non poteſt exequi,poßit pronunciare eſſe exequendū,& de ſimilibus alijs uide nu.9.10.11.12.13.14.

Verſ. delegatam.

Delegatus ab ordinario in quibus differat, nu.4.uſque ad nu.14.& de poteſtate delegati principis uide multa,nu.15.uſq; ad nu.20.

Verſ.huius rei.

Argumentum à contrario an ſit fortißimum,nu.3.5.

Verſ.non aliter.

Diſpenſatio in uno caſu arguit ius cōmune eſſe in contrarium in alijs caſibus,nu.3.4.
Specialiter tributa an mandari poßint in caſu profectionis?firmatur concluſio contra cōmunem, ꝙ non,excepto caſu legis Iulie,nu.6. uſq; ad nu.10.
Profectio neceſſaria eſſe debet,nu.11.
Cognitio cauſarum criminalium an poſsit mandari à preſide,& ab alijs ſimilibus ſicut à proconſule, uidetur ꝙ ſic,nu.12.& diſputatur uſq; ad nu.21. in contrarium eſt cōmunis opinio & uera,nu.22. uſq; ad nu.32.& ita concluditur,nu.33.
Infirmus an poſsit mandare ea quæ poteſt abſens,cōmunis opinio eſt,ꝙ ſic,nume.34. contraria opinio eſt uerior,nu.38.uſq; ad nume,52.
Occupatus publicis negocijs, an deleget ea quæ ſunt ſpecialiter tributa perinde ac ſi ꝓficiſceretur,cōis eſt,et uera opinio ꝙ nō,nu.53. q̃ limitatur, nu.55. q̃ limi-

tatio nõ eſt uera,nu.58.et diſputatur uſq; ad nu.62.

Verſ.cum al's.

Probibitio ĩ ſpẽ pſupponit licitũ in gñe et ẽ cõtra,nu.1.
Alias quomodo exponatur,nu.2.& 3.
Cognitio criminum eſt iuriſdictionis,num.3.& ibi uide intellectum.l.ſolent.ff.de off.proconſ.nu.4.
Profecturus,dum cõponit ſarcinulas,an mandare poſsit hanc cognitionem, ita ut exerceri poſsit, antequam abeſſe incipiat præſes, q ſic ſecundum communem, nu.6.contrarium eſt uerius,ibidem.
Debilis an delegare poſsit ſicut abſens, quòd non, contra communem,nume.7.
Infirmitas propinquorum an ſit iuſta cauſa delegandi ea quæ ſpecialiter ſunt tributa,nu.8.
Iuriſdictio ſine cauſa iuſta,an mandari poſsit, nu.9. cõmunis eſt q ſic,nu.11. cõtrarium eſt uerius,nu.12. limitatur.7.modis,nu.15.&.16.
Mixtum imperium an mandari poſsit à præſente & an ueniat in generali mãdato iuriſdictionis ſit cõcluſio cõtra communem q ſic nu.17.cũ ſex ampliationibus nu.18. & quinq; limitationibus, nu.19.
L.placet.C.de pedan.iudi.quõ procedat, nume.14.

Liber quartus.

Verſ.proprium nihil habet.

Qui mandatam habet iuriſdictionem, proprium nihil habet.nu.1.limitatur tribus modis.nu.2.3.4.
Iuriſdictio mãdata expirat morte mãdãtis,nu.7. ampliatur dupl'r,nu.7.reſtringitur.7.mõis,nu.8.uſq; ad n.15.
Iuriſdictio mandata multis modis expirat, nume.7.uſq; ad nume.33.
Res integra non eſſe quãdo dicatur,ad hoc ut perpetuata in-

ta intelligatur iuriſdictio.nu.34.uſque ad nu.46.

Verſ.iuriſdictionem quidem transferri.

Iuriſdictione mādata quæ conceſſa intelligantur, nu.1. dic q̃ omnia cōceſſa intelligūtur ſine quibus res explicari non pōt,nu.1.limitatur tripl'r,nu.6.10.11.

Verſ.imperium.

Merum imperium an poßit mandari,q̃ non,nu.1.eſt cōmunis cōcluſio & uera, ampliatur dupliciter ibidē, nu.2.3.limitatur.19.modis,nu.4.uſque ad nu.21.

Imperium merum an in caſu profectionis mandari poſſit? cōis eſt q̃ ſic,nu.22.uſque ad nu. 31. contrariū eſt uerius,nu.32.uſque ad nu.36,cognitio, et diffinitio differunt,nu.37.

Delegatus principis an poßit mandare merum imperiū, multi tenent q̃ ſic,nu.38.uſque ad nu.43. contrariū eſt uerius,nu.44.uſque ad nu.50.

Merum imperium, an de iure canonico mandari poſsit cōmunis eſt q̃ ſic,nu.51.diſputatur uſque ad nu.63. & firmatur communis cōcluſio,quæ limitatur ſeptē modis,nu.64.uſque ad nu.72.

Verſ.Paulus not.

Mixtum imperium an mādari poſsit, cōmunis opinio eſt quòd non,comprobatur,num.2.uſque ad 14.contraria ſententia eſt uerior, quæ defenditur, numer.15. uſq; ad num.24.& firmatur concluſio contra cōmunem,numer.25. quæ limitatur 15.modis.nu.25.26. 27. ſi uis tenere communem opinionem limitatur 10. modis,num.29.30.31.

Mißio in poſſeßionem an mādari poßit,diſputatur, nu. 32.uſq; ad nu.48.& cōis eſt cōcluſio q̃ non,nu.48.

quæ limitatur.15. modis.nu.49.uſq; ad nu.58. contraria opinio eſt uerior,nu.59. uſq; ad nu. 63. quæ limitatur dupliciter,nu.64.

Tutoris datio an competat iure magiſtratus, aliqui putant q̃ ſic,nume.66.67. 68.cõtraria opinio eſt uerior,nu.69.uſq; ad nu.74.

Tutoris datio an mandari poßit, fit concluſio q̃ nõ, nu. 75.quæ limitatur.7.modis,nu.76.uſq; ad nu. 82.

Mulctandi poteſtas an mandari poßit,fit cõcluſio q̃ nõ, nu.86.quæ limitatur quinq; modis,nu.88.uſq; ad nume.109,firmatur tamen cõcluſio indiſtincte q̃ nemo poteſt mulctare, niſi is cui lege ſpecialiter eſt conceſſum.numero.110.

Magiſtratus municipales an mulctare poßint communis eſt opinio q̃ ſic,nu.111.contrarium eſt uerius, num. 115.& diſputatur uſque ad nume.130.

# REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO D. INNOCENTIO SANCTÆ *Romanæ Eccleſiæ Cardinali de Monte Nuncupato.*

*Camillus Plautius Pæzon Iuris conſultus, Fontanellatenſis Salutem ac fœlicitatem.* P. D.

QVæ ſunt potiſſimum vię, quibus vita hominum illuſtratur, Res militaris,& literarum ſtudia,inter hæc autem, iuris prudentiæ diſciplina, aliis preſtare, & auctoritate,& vtilitate mihi ſemper viſa eſt,hęc eſt enim illa glorioſa, & præpotens philoſophia, quæ vt ait Cicero,omnes philoſophorum bibliothecas ſuperat,hęc eſt vera illa, non affectata philoſophia, ſine qua,nec regna cõſtare poſſunt, nec ciuitates, nec quidem Domus priuate:hac enim & excolun tur animi, & tum metu pœnarũ,tum ſpe pręmio rum,homines boni efficiuntur, & vnicuiq; quod ſuum eſt tribuitur, docemur etenim nutu, & auctoritate legum domitas habere libidines,cohercere omnes cupiditates, noſtra tueri, ab alienis mentem,ac oculos, & manus abſtinere,quamob rem ab ineũte ętate laudis,et honorum ſtudio incenſus,ad hanc diſciplinã perdiſcendam me con

tuli, atq; in id ſtudium incumbere cępi, in quo ita uerſari conſtitueram, vt quos, neq; maiores mei, neq; opum affluentia, mihi comparauerat, hono res, & ſplendorem, ex honeſto labore aſſequi me rerer, & quaſi ſtudii fructus capere. Cæterum for tunæ ſeuientis uolubilitate, ac procellis ſæpe iacta tus, plerũq; deſtiti ab incœptis, & non niſi per va rios caſus, & per diſcrimina rerum, portum attin gere licuit, ſed et quãdoq; in portu ipſo naufragiũ timui. Demum fortunæ fluctibus ereptus, amico rum ſtudiis: potiſſimum autem ope Petri Pauli Arrigoni viri clariſſimi, ac Cęſarei ſenatoris, opti me de me meriti, cui ob miram in rebus agendis dexteritatem, & ſingulare ingenium, optime con uenit illud Virgilianum.

Tu regere imperio populos Romanę memẽto, longo quaſi poſtliminio, ad uetera ſtudia reno-uanda me contuli. Cum itaque multa haberem præ manibus opera imperfecta, quæ iamdiu in-terpretanda ſuſceperam, mox turbulentis tem-poribus intermiſſeram, ex eis non nulla perfeci, quædam etiam aliàs omnino intacta inchoaui & abſolui, inter quæ ſunt commentarii iuriſdictio-nis delegatæ, quos exiguo tempore, (etiam oc-cupatiſſimus) nuper conſcripſi, quod opus cum mecum reuoluerem, cui potiſsimum dicare & conſecrare deberem, cuius auſpiciis in lucem at-que in vulgum prodiret. Laura Pallauicina fœmina clariſsima, & Illuſtriſ. cui omne, quic-quid habeo fortunarum, debeo, perſuaſit vt te præ cæteris eligerem, cui hoſce commentarios

dicarem,

dicarem, cum enim te eſſe oſtendit, quod poſtea & fama.& re ipſa certius comperui, qui cæteros omnes, in ſanctiſsimum illud cardinalium collegium cooptatos, ſplendore, & gloria, longe ſuperes,& eum eſſe,cui, cum in ea dignitate ſis conſtitutus,quæ regio ſplēdori comparatur, quemq; olim ad ſummum pontificatum aſcēſurum eſſe omnes augurantur,iuriſdictionis,& imperii tractatus optime conueniat. Quam ob rem libentiſsimo animo Laurę,quam ſemper honoris cauſa nomino,conſilium ſequutus, hunc librū qualiſcunque eſt,tibi dico, & conſecro:ſuſcipe itaque vir eminentiſsime munus hoc qualecunque eſt, quaſi quoddam tui pontificatus omen,& præſagium,& patere nomē tuū,tametſi illuſtre, & pręclarum,hiſce commentariis inſeri,non enim venio,vt tibi laudem aut gloriam,quæ ſumma in te eſt,afferam:fruſtra enim hoc conarer,cum ei nihil addi poſsit,ſed vt liber ipſe, & cōmentarii ipſi,qui tuis auſpitiis in vulgum ſunt prodituri:fauoris aliquid ex nomine tuo conſequantur, quę ſi tibi gratia eſſe cognouero, me oleum & operam, non perdidiſſe gratulabor, & ad maiora me accingam,bene vale,& me in numero tuorum habere dignare.

## Horatius Plautius Pæzon ad Lectorem.

Qui Gallum eripuit tenebris, docuitq́; ſoluto
  Dotem ob adulterium haud perdere coniugio,
Qui reſcripta almis expreſsit regia chartis
  Hactenus ignoti nominis auctor erat,
Nunc mixti atq; meri imperij dat uela per undas
  Fœliciq́; natat per maria alta rate,
Quoq́; modo iuris mandetur dictio monſtrat
  Ac pulchrum in lucem Plautius edit opus,
Ne carpas moneo niſi opus perlegeris omne,
  Aut niſi tantūdem feceris ipſe prius,
Quòd ſi contigerit placuiſſe, diem prope lector
  Cætera conſpicies ire per ora uirûm.

## Bibliopola ad Lectorem.

TRactatum de reſcriptis locupletiſsimum & ornatiſsimum ab eodem Auctore editum prope diem habebis lector chariſsime, nec non & eiuſdem egregios commentarios ad l. gallus ff. de lib. & poſth. quæ lex à nemine unquam intellecta fuit. Habebis item eiuſdem in utraq; praxi perq̃ utiles commentarios ad l. cum mulier. ff. ſolut. matri. Interim quæ nunc in lucem eduntur boni conſule, Vale, Placentiæ Calendis Septembris 1551.

# CAMILLI PLAVTII
## PÆZONIS IVRECONSVLTI
### Fontanellatenſis Commentariorum ad l. 1. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict.

## LIBER PRIMVS.

*Verba legis ſunt hæc, uidelicet.*

*QVæcunq; ſpecialiter lege uel ſenatuſconſulto, uel conſtitutione principum tribuuntur, mandata iuriſdictione non transferuntur, quæ uero iure magiſtratus cõpetunt mandari poſſunt, & ideo uidentur errare magiſtratus, qui cum publici iudicij exercitationem habeant, lege, uel ſenatuſconſulto delegatam, ueluti lege Iulia de adulterijs, et ſi quæ ſunt aliæ ſimiles, iuriſdictionem ſuam mandant. Huius rei fortiſſimum eſt argumentum ꝗ lege Iulia de ui nominatim cauetur, ut is cui contigerit exercitatio, poßit eam ſi proficiſcatur mandare. Non aliter itaq; mandare poterit, ꝗ̃ ſi ab eſſe cœperit, cum aliàs iuriſdictio etiam à preſente mandetur, & ſi à familia dominus occiſus eſſe dicetur, cognitionem prætor, quam ex ſenatuſconſulto habet, mãdare non poterit. §. Qui mandatã iuriſdictionem ſuſcepit proprium nihil habet, ſed eius qui mandauit iuriſdictione utitur. Verius eſt enim more maiorum iuriſdictionem quidem transferri, ſed merum imperium quod lege da-*

tur non poſſe tranſire. Quare nemo dicit animaduerſionem legatum proconſulis habere, mandata iuriſdictione. Paulus notat, & imperium q̃ iuriſdictioni coheret, mandata iuriſdictione tranſire, quod uerius eſt.


Iuriſdictionum materia difficilis. numero 1.
Vetuſtatis auctoritas. nu. 2.
Verboſitatis uitium. nu. 3.
Breuitas non ſemper bona. nu. 4.
Præfationes neceſſariæ. nu. 6.
Principia rerum cognoſcenda. nu. 7.
Error paruus in principio fugiendus. nu. 7.
Imperiũ & iuriſdictio differunt. nu. 8. 9. et 10. circa fin.
Merum quid ſignificet. nu. 10.
Iuriſdictio, aut propria, aut aliena. nu. 11.
Iuriſdictio ordinaria & delegata quid ſit. nu. 12.
Mandatur iuriſdictio, ut noĩe mãdãtis agatur. nu. 13.
Mandatam iuriſdictionem qui habet, quomodo concipiat acta. nu. 14.
Procurator agit noĩe dñi, nõ ſuo, ſic delegatus. nu. 14.
Iuriſdictionẽ hñt, aut magiſtratus, aut priuati. nu. 15.
Iuriſdictionẽ mãdare aliqui poſſunt, aliq̃ nõ pñt. nu. 16.
Iuriſdictio aut iure magiſtratus competit, aut ſpecialiter. nu. 17.
Iure magiſtratus quid ſignificet. nu. 17.
Ius p̃torium eſt propria iuriſdictio p̃toris. nu. 18.
Specialiter quid ſit. nu. 19.
Iuriſdictio noue conſtitutionis competit his, qui habent ſimilem iuriſdictionem. nu. 20.
Non omnis iuriſdictio mandari poteſt, etiam ab his qui


habent

habent ſimilem iuriſdictionem. nu. 20.
Non omnis iuriſdictio mandari poteſt, etiam ab his qui mandandi habent poteſtatem. nu. 21.
Magiſtratus oēs non habēt æqualē iuriſdictionē. nu. 22.
Præſidis, & Senatus Mediolanēſis laudes. nu. 23.
Iuriſdictio omnis apud principem. nu. 24.
Iuriſdictio nō datur ſecundū gradū dignitatū. nu. 25.
Argumētū de uno magiſtratu ad aliū nō ē bonū. nu. 26.
Dignitas aliud eſt, aliud magiſtratus. nu. 27.
Dignitatū gradus multi, magiſtratuū ordīes pauci. n. 28.
Delegationis materia eſt ſtricti iuris, & in conſuetudine fundata. nu. 29.
Mandata iuriſditione, totum officium iuriſdicendi tranſit. nu. 30.
Magiſtratus minimi, aliqua ſpecialia habent, quæ mandari non poſſunt. nume. 31.
Magiſtratus municipales multa ſpecialiter tributa habent, quæ ſunt indelegabilia. nu. 32.
Magiſtratibus municipalibus multa denegantur quæ poſſunt delegari. nu. 32. circa med.
Defenſores ciuitatum, & magiſtratus municipales non ſunt idem. nu. 33.
Defenſores non eligebantur ex decurionibus. nu. 34.
Duū uiri & magiſtratus municipales idē ſunt. nu. 34.
Vice gerens.
Iudex datus &
Is cui mandata eſt iuriſditio: differunt. nu. 35.
Ius canonicum diſſentit à iure ciuili. nu. 36.
Vicegerens an, & quando cōſtitui poſſit. nu. 37.
Vicegerentis poteſtas. nu. 38.

Is cui mandata eſt iuriſdictio quæ poſſit, & in quo diffe rat à locūtenente. nu. 39.
Iudex datus quis ſit, & quō cōſtituebatur. nu. 40.
Iuſſu interueniente datur iudex. nu. 41.
Sortitio iudicum. nu. 42.
Magiſtratus aliqui habent imperium, aliqui ſunt ſine im perio. nu. 43.
Legatus proconſulis multa habet ſpecialia nu. 44. in princ. tamen eſt delegatus ibid. circa med. nec equipa ratur ordinario per modū regulę. ibidem, prope fi.
Delegatus ad uniuerſitatem cauſarum, an & quatenus ſit inſtar ordinarij. nu. 44.
Regule iudicis dati, & iuriſdictionis mandate diſ= ferunt. nu. 45.
A iudice dato, ad eum cui mādata eſt iuriſdictio, non ua let argumentum. nu. 45.
Ius canonicum & ius ciuile in hac materia in multis di ſcrepant, & in multis conueniunt. nu. 46.
Senſus qui refragatur uerbis, nō ē admittēdus. nu. 47.
Significatio inaudita non eſt admittenda. nu. 47.
Cōis uſus dat ſignificationes uocabulis. nu. 48.

1 EXorditur Dec. in rub. huius tit. hanc materiā eſſe intricatam & difficilem, & ideo oportere diligen ter inſiſtere. Alci. in lib. Paradox. 2. cap. 1. in fi. uocat hunc tractatum delegationis hydram lerneam, utpote quæ tot exurgat ceruicibus, ut una auulſa plures nō de= ficiant. Bal. in recolectis antiquis: ut refert Marti. lau den. & replicat Iaſ. hic in prin. ait hunc text. eſſe plenū difficultatibus, tamen etiam ait ꝙ omnes philoſophi non

potuiſſent

potuiſſent elegantiorem, & meliorem textum compone re. Amplius dixit Ful. ſe in alijs materijs ſtudio camerario multū profeciſſe, ſed in hac materia nihil omnino unquā percipere potuiſſe: niſi uoce magiſtra in ſcholis. quod repetit Iaſ. in l. 1. ff. de iur. om. iud. de quo ego nul lam admirationem capio, quia in hac materia traduntur à doct. quædam axiomata, & quædam concluſiones, & introducūtur quidam termini, & quædam fundamenta iaciuntur, ſeu preſupponūtur adeo extranea à ſenſu, & uerbis ueterum iuriſconſultorū, ut credam apolline aliquo, aut uaticinatore opus fuiſſe, ad eliciendos legū ſenſus à doct. excogitatos: et ad eos menti ac uerbis legum adaptandos, et ad conciliandas inter ſe tot et tantas controuerſias ex his ſenſibus reſultantes. Ideo mirum nō eſt ſi uir tam ſublimis ingenij ex cōmentarijs doctorū nihil unquā profecit, conſultius credo feciſſet, ſi leges ipſas omnes de hac re tractantes uidiſſet, ac perlegiſſet, anteq̄ ad commentarios doctorum ſe conferret; quod ego feci. non ſum tamen tante audaciæ, ut putem me alijs ingenio & doctrina præſtare, ſed fateor minimum eſſe inter omnes, tamen ob hoc non duxi deſperandū eſſe: ſed fretus Dei optimi maximi auxilio, qui ſæpe reuelat paruulis, quæ uiris altiſsimo et acutiſsimo ingenio præditis occulta eſſe uult. ad quod facit tex. in l 1. §. cumq;. in fi. & §. ſeq. C. de uet. iur. enucl. immenſum hoc & procelloſum iuriſdictionum pelagus, in quo nemo eſt qui naufragium non fecerit: tenui cimba ſulcandum duxi. quod ſi emenſus fuero, & incolumis portum attigero, Deo optimo maximo, à quo omnia acceptum fero, gratias agam immortales: & gratulabor ſtudioſe iuuentuti, eam meo

ductu didiciſſe, quæ hactenus omnes latuerunt, ſin, ut cæteris contigit, procellis obrutus, ad optatū rem per lucere nō potuero, putabo tamen in re, tam difficili et ardua, non nihil glorie ex uoluntate et conatu, aſſequutum eſſe, cum in arduis ſatis ſit uoluiſſe.

2 In hac materia q̄ plures ueterum ſententias cōmuni ſuffragio comprobatas reijciam, non q̧ ueneranda uetuſtatis auctoritas parui apud me ſit momēti, ſed quia in ſcholis non quid alij ſenſerint, ſed quid uerius ſit, ſequendū puto, quod etiam labeonem feciſſe ſcriptum eſt l.2.§.poſt hunc maxime.ff.de orig.iur. & ibi Zaſius & Cagnoll. tradunt, eo autem magis mihi ignoſcēdum erit, quod fere omnes cōcluſiones cōmuni ſuffragio pertinaciſsime defenſe, quas ego nō ſequar, nō ſunt uſu comprobate, quod etiam ipſimet fatētur, et ſalua rōne recti ſermonis ſuſtineri nō poſſunt, ut infra in diſcurſu latius demōſtrabo.

3 Velim præterea mihi ignoſcāt lectores amātiſsimi, ſi aliquāto uerboſius q̄ par ſit, aut quibuſdam uideatur, immorabor in ĩterpretatione huius legis: non id effeci quin neſciam tacere, nec quia neſciam uerboſitatem apud iuriſcōſultos uitio dari, ut in l.1.ff.de orig.iur. & in l.ampliorē.§.ĩ refutatorijs. C.de appel.et in l.gallus.§.quidam recte. & ibi no.glo. & doct. & ego latius ſcripſi, & no.glo.in l.ex ea. in fin.de poſtul. facit text.in l.1. ibi pauca de ſignificatione uocabuli.ff.ſi cert.pet. & in l.2.uerſ. ſed & ſi aliquid ibi multo utilius eſt pauca idonee effundere quàm multis inutilibus homines pergrauari, & Cagnoll.in d.l.1.nu.16.ff.de orig.iur.

4 Sed cum noua et interdum inaudita ſim in medium allaturus, & oppugnaturus multa uetera, adeo infixa et impreſſa

*preſſa in animis hominũ ex aſſidua lectione, ut uix euelli poſſe confidam, putaui paucis id agi nõ poſſe, maxime cũ mihi luctandum ſit cum omnibus, qui hactenus legem hãc interpretati ſunt, qua in re, me tuebitur Plinij auctoritas lib. 2. Epiſt. ubi ait ꝙ licet placeat ſibi breuitas, tamẽ non eam uſquequaq; cuſtodiendam pũtat, ſed ita demum ſi cauſa permittat, alioqui (ut ait) præuaricatio eſt, tranſire ea quæ dicenda ſunt, præuaricatio eſt, curſim et breuiter attingere ea quæ ſunt inculcãda, infigenda, repetẽda, nam pleriſq; longiore tractu uis quædam, & pondus accedit, & ut corpori ferrum, ſic oratio, non ictu magis q̃ mora imprimitur, adde omnino quæ tradit ad hoc propoſitum Io. neuiz. in ſil. nuptial. fo. 7. col. 3. & 4. non*
5 *omitto ꝙ plerũq; diffuſius res tractanda eſt, ut euitetur equiuocum l. ita fidei. ff. de iure fiſc. Bart. & Bal. in l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iud. quia plerũq; breuitas parit obſcuritatem, ſecũdum glo. in probem. digeſtorum. §. pen. in uerb. compẽdium. & in. l. teſtamẽtum. C. de teſta. et cũ res clarius exprimitur, nõ dicitur quis ſuperflua loqui l. 1. in fi. in princ. C. de curat. furioſ. Fel. in c. quoniam. col. 9. & ibi Dec. in col. 1. de conſt. & quis nõ põt nimis clare loqui ad tollẽdũ ſofiſticas dubitationes, maxime ꝑpter tirones ſimplices l. fere. C. de ind. uidui. toll. Dec. in c. ſignificantibus. de appell. & in conſi. 113. col. 2. & Marſil. in l. 1. §. ſi ſeruum. ff. de queſt. Maxime cum ſimus in materia quotidiana, quæ plenius attingenda eſt l. legaui. ff. de lib. leg. Cacialup. in. repet. c. 1. de feud. cog. in primis uerb. franch. in repet. c. ſi pater, de teſta. lib. 7. in præfatione, Ancha. in rub. de reg. iur. lib. 6. in prin. Cepol. in auct. ſed nouo iure. C. de ſer.*

fug. Bart. in l. apertiſſimi. C. de iudic.

6 Antequam me conferam, ad hanc legem interpretandā: non ab re duxi, me nōnulla p̄fari oportere. ſine his enim uix aliquid inchoandum eſſe ſemper exiſtimaui. per tex. in. l. 1. in prin. ff. de orig. iur. et tradit Bart. in rub. ff. de acqui. hered. in princ. præfationes. n. nos libentius ad lectionem inducunt, et rei de qua agitur, euidentiorem præſtant intellectum; d. l. 1. ff. de orig. iur.

7 Maxime autem principia quædam omnino, ſunt oſtēdenda: quia uniuſcuiuſq; rei potentiſſima pars, eſt principiū. l. 1. ff. de orig. iur. hinc ait Ariſt. 1. ethic. pluſquam dimidium uideri principiū; et q, multa ex his, quæ ſequūtur, manifeſtantur ex principio. et ignoratis principijs, reliqua ignorare neceſſe eſt; et ècontra cognitis principijs, multo facilius extrema intelliguntur. Hinc dixit Bal. in l. unic. §. 1. C. de caduc. toll. q, maior eſt defectus fundamēti, q̄ medij, uel finis. nam principium, et fondamētum, principiati, & ſuper edificati deeſſe intelligitur. ſeqtur Soc. in conſ. 99. col. 10. uol. 3. & ideo Cagnoll. in d. l. 1. nu. 26. tirones monet, ut dent operam principijs, et terminorum intelligentiæ; ex auctoritate Bal. in l. 1. ff. de iuſ. & iur. qui ait, q, principia ſunt tanquā porte, p quas ingrediendum eſt, & in quibus nemo debet errare; quia paruus error in principio fit maximus in fine, de quo pulchre Barba. in c. 1. col. 4. ut lite nō conteſt. & ut tradit Ang. in conſ. 110. incip. ſanctiſſima, rep̄henſibile ē, prius determinare, q̄ terminos intelligere. et niſi ſciātur principia artis, p̄rſus neceſſe eſt ignorare principiata. refert et ſeq:ur Ioan. Rug. in repet. rub. de eā poſeſſ. et p̄priet. in princ. & Io. Neuiz. in ſilua nupt. fo. 39. col. 2.

Curandum

Curandum eſt autem oĩno, ut uera iaciãtur fundamenta. alioqui, ut dictũ eſt, ex philoſopho. Paruus error in prin. eſt maximus in fin. ut patet in itinerantibus. quod refert Io. neuiz. in ſilu. nupt. fo. 129. col. 2. & dato uno incõuenienti, plura ſeqnãtur neceſſe eſt: auth. ut iudic. ſine quo quo ſuffr. §. an certe col. 2. l. ratas. C. de reſci. uẽd. Barba. in c. edoceri, col. 5. nu. 31. de reſcrip. ubi appoſtil. idẽ Barb. ĩ c. cũ ueniſſent. col fin. nu. 58. de iudic. et ex uno errore alius ſeqtur, ut inqt Cy. in l. 1. C. ne qs in ſua cã.
8 Igitur in primis ſcire oportet, q̃ aliud eſt imperiũ, aliud iuriſdictio. ut patet in hac l. 1. §. fin. ubi ait, quòd iuriſdictio, tranfertur, ſed imperium, non tranſit: in l. imperiũ. ff. de iuriſd. om. iud. et ibi Bar. et cõmuniter doct. ubi tradunt diffinitionem iuriſdictionis, et imperij. largo tamẽ ſumpto uocabulo, ſecũdum doct. iuriſdictio, comprehendit etiam imperium, non ſolum mixtum, ſed etiam merum: ut tradit hic glo. & Bart. & Alex. & alij cõmuniter, & Alexan. in conſi. 35. nume. 2. uol. 4. no. in l. 1. & in l. imperium. ff. de iuriſdict. omni. iudic. Bald. in l. fin. ff. de conſt prin. Bal. in l. penul. ff. de acqui. poſſeſ. de mixto eſt tex. in hac l. 1. in fin. ubi mandata iuriſdictione, tranſit etiam imperium, quod iuriſdictioni cohæret: quod nihil aliud eſt, quam mixtum: d. l. imperium. eſt etiam tex. in l. fin. infra hoc titulo, ibi imperium, quod non eſt merum. ideo autem continetur iuriſdictionis appellatione, quia illi coheret, d. §. fin. et d. l. imperium. De mero imperio q̃ iuriſdictionis, appellatione contineatur: eſt tex. ſcd'm cõiter doct. in hac l. 1. in prĩ. et in l. ſi in aliquam. §. fin. ibi pleniſſimam iuriſdictionẽ iuncta. l. ſeq. ff. de offi. procõſ. et in l. ſolet. in uerb. uniuerſam. ff. de iur.

om.iud.et in l.1.C.de offic.procōſul.quod adeo receptū eſt, ut omnes id uno ore fateātur, adeo ut uideatur quodam modo nefas diſentire à tam inueterata, & ferè omniū ſuffragio recepta ſentētia. Hinc nō dubitauit Bart. dicere in tit. de pace conſt. §.1.uerb. criminalib. illum non eſſe ſani capitis qui de hoc dubitet.

9 Contrarium tñ nō illepide tētari poteſt, differunt enim uerbo imperium & iuriſd.ergo & in ſenſu l.ſi idem.C.de codicil.& ibi not.glo.& Bal.& Sal. & Alex. quod autem differāt ſatis patet ex hac l.1.§.fi.et ex l.imperiū.ff.de iur.om. iud.oſtēditur etiam uis diuerſa ex ethimologia uocabuli: imperium enim ab imperādo deſcēdit, ut patet ad ſenſum et tradit Alcia.in c.quod ſedem.de offic.ord.Iuriſdictio autē à iure dicēdo appellatur l.1.§.damus.ff.de ſuſpect. tut.& ideo ſcribitur per c, & t, nō autem per t.tātum, ut tradit Dec.in l.imperium.col.5.nu.29.ff.de iur.om. iud.& imperium ſignificat ꝑceptū, ac iuſſionē, ac poteſtatem hinc Virg.ait Imperio læti parēt: et imperare eſt iubere l.idonei et ibi glo.ff.de teſtib.et l.legis uirtus.ff. de legib. iuriſdictio aūt eſt dictio, ſeu redditio iuris l.2. §.poſt originem.ff.de orig.iur.& tradit Dec. in d.l.imperium, num.29.& ſignificat cognitionem ipſam & deciſionem cauſarum ciuilium, in quibus imperium nō uerſatur, ut patet ex diffinitione tradita per Bart.& doct. in l.imperium.ff.de iur.om.iud.

10 Item cum dicatur merum.i.purum & liberum imperium, nō uideo quomodo poſſit cōprehēdi in iuriſdictione, quia cum primum iuriſdictioni coherere ĩcipit, aut in ea cōtineri, nō poteſt dici merum, ſed mixtum eſt.l.imperium.ff.de iur.om.iud.cū autem ſeparatum eſt, et ſic merum eſt, tūc nō poteſt cōtineri

tineri

tineri in ea re, à qua ſeparatum eſt, et diſtinctũ, ſic etiã Tripho appellat merũ ius gentium in l.bona fide.ff.depoſiti.& Pompon.merum iudicis officiũ in l.ſtipulationum alie.ff.de uerb.oblig.& Paul.merum factum in l.qui res.§.qui rome.ff.de ſolutio.nimirum ſignificantes ius gentium purum à ciuilibus, et pretorijs præceptis ſegregatum, et iudicis officium ſolum à ius dicẽtis auctoritate, non à contracto pẽdens negotio. Deniq; purũ factum ab omni datione ſeiũctum, ſic etiam merum imperium nihil commune habet cum iuriſdictione, à qua ſeiũctum eſt, quod etiam ſenſit Ioan. Corraſ.in miſcell.iur. ciuil.lib.3.cap.17.& q; dicatur imperiũ merum, quaſi liberũ, tradit Bart.in l.imperiũ.in prima q̃ſt.meri imperij.ff.de iur.om.iud. & Cagnoll.in rub.ff.de orig.iur. nu.30. licet nõ in hoc ſenſu. Verius eſt enim q; merũ ſignificat, & exponitur.i.purum, ut per glo. inſtit.de diuiſi.ſtip.in uerb.mero, & glo. in l.quis res.§.mihi rome.in uerb.merum.ff.de ſolutio.& Ang.& Alex.in l.ſtipulationũ alie, nu.3.ff.de uerb.oblig. & illud dicitur merũ quod eſt abſtractũ ab omni ſubſtantia alterius rei, ſecũdũ Alex.in d.l.ſtip.nu.5.et dicit Bal.in c.cũ inter. de conſuet.q; merũ dicitur purũ & ſincerũ.allegat Archid.in c.ſtatutũ.§.inſuper. de reſcrip.lib.6.et tex.in c.1.de cõſuet.& in c.dilecti.de accuſat. refert et ſequitur Felin.in c.1.col.3.in fi.de offic.iud. quæ ſequuntur cõiter docto. & per hæc meo iudicio non recte, dicit Bart.in d.l.imperiũ, in d.l.1.ff.de iur.om.iud.& in hac l.1. cum ait q; merũ imperiũ continetur in iuriſdictione, & hanc opinionem hic tenebo propter ſubiectam materiam, nam in d.l.imperiũ.tractatur de imperio mero qđ

competit magiſtratibus, non de eo quod reſidet in princi pe:ut patet ex rubrica quæ ita cõcepta eſt:de iuriſdictio ne omniũ iudicũ. Idem dico de titu. noſtro, in quo agitur de officio eius cui mand. eſt iuriſd. qua mãdata nõ tran ſit imperium merũ. ut hac l.1.§.qui mandatã, & ſic ſal tem in materia noſtra, in qua agitur de iuriſdictione mã danda à magiſtratibus, ſine dubio non cõtinet imperium merũ. d.§.qui mãdatã. & per Fely. in c. qđ ſedẽ, col. fi. uerſi. cogitabã. de offi. ord. & ibi Alciat. col. 11. uerſi. fallit tertio. nu. 50. de quo articulo infra alio loco latius, et diffuſius tractabo in uerſ. cũ al's. nu. 4. cũ mult. ſeq. lib. 3.

11 Scire etiã oportet, ꝙ iuriſdictio oĩs, aut eſt ꝓpria, aut aliena. propriã doct. appellãt ordinariam. aliena aũt appellatur delegata, ſeu mãdata. ordĩariã appellãt doct. eam quæ radicata eſt, ac initiũ principaliter ſumit in ꝑ ſona ipſius cui datur. ita declarat Bar. & oẽs in l. mo re, & l. & quia. ff. de iuriſ. om. iudi. & hæc ꝓpria eſſe dicitur magiſtratus illius, cui data eſt: & ſua iuriſdictio recte appellatur. d. l. more. & l. unica. C. qui pro ſua iu riſdi. & etiã ibi in rub. ſic ergo recte dicitur iuriſdictio, ꝓtoris, iuriſdictio proconſulis, aut præſidis, aut alterius ſimilis magiſtratus qui iuriſdictionẽ habet. Delegata au tẽ ſeu (ut rectius loquar) mãdata iuriſdictio, dicitur illa quæ non eſt radicata principaliter, nec principium ſu mit in perſona eius cui mãdatur: ſed in perſona alterius ſ. mandantis. d. l. more, & l. ſequen. & ita ibi declarat Bar. & ſequũtur omnes doc. & hic qui habet mandatã iuriſdictionem, propriũ nihil habet, ut hac l. 1. §. qui mã datam. ſed utitur aliena iuriſdictione. i. eius qui manda uit. d. §. qui mãdatam, & dicitur illam iuriſdictionẽ ha

bere

bere alieno beneficio.d l.more. & agit non pro ſuo imperio, ſed pro eo qui mãdauit.l.& ſi ptor,inf.hoc titu. et ſic exẽpli cã iuriſdictio p mãdatũ à ptore ĩ aliũ trãslata,dicitur adhuc iuriſdictio ptoris: non aũt iuriſdictio illius cũ mãdata eſt.In qbus aũt differat is q habet iuriſdictionẽ delegatã ab ordinario,tractabimus ĩfr.ĩ uerb.delegatã.nu.4.cũ mul.ſeq.ubi enumerãtur.13.differẽtiæ.

12 Nunc in propoſito ego appellabo ordinariã iuriſdictionẽ illam quã princeps cõſtitutione ſua alicui ĩmediate dat: ſeu defert.uel lex,uel ſenatuſconſultũ, uel conſuetudo. d.l.more. Mandatam appellabo eam,quæ aliena eſt,quã ſcilicet nec lex defert immediate,nec cõſtitutio, nec ſenatuſconſultũ,ſed ab alio mandatã,lex confirmat.d.l.et quia,& ſic hmõi iuriſdictio immediate nõ defertur à lege alicui, ſed mediate.i.miniſterio alicuius magiſtratus mediãte,q ppriã habet iuriſdictionẽ,et illam mandat,ut ſunt Prætor, Procõſul,Præſes, uel aliqs alius magiſtratus.

13 Et ita mãdat ut noĩe mãdãtis agatur.l.et ſi ptor, ibi iuriſdictionẽ exeqtur nõ pro ſuo ĩperio,ſed pro eo cuius mãdato ius dicit ĩfr.hoc tit.et ĩ l.ſolet,ibi is cui mãdata ẽ iuriſdictio, fungitur uice eius q mãdauit,nõ ſua. ff.de iur.om.iud.ut ĩfr.dicam: licet forte alij reclamãt:qa nemo hoc dicit,ſed hoc ĩnuit tex.ĩ l. et qa.ff.de iur.om.iu.et uidetur expſſum ĩ.d.l.et ſi ptor,et ĩ.d.l.ſolet.trãsfertur tñ iuriſdictio ĩ mãdatariũ,ut hac.l.i.§.fi. ibi iuriſdictionẽ qdẽ transferri, et ſic habet iuriſdictionem iſte delegatus ſecũdũ cõem opi. tñ licet ſit trãslata iuriſditio,ille qui mandatũ habet:aliena iuriſdictione utitur:nõ ſua.d.§.q mandatã,hoc eſt in eñ:ut doc.dicunt. uſus tñ iuriſdictionis trãsfertur.& Bar.in l.ait ptor.

in princ.ff.de re iudic. & ibi mod.per tex.in d.§.q mã- datam, & ibi glo.et doct.et nihil habet propriũ.d.§.qui mãdatam.et alieno beneficio habet l.more.ff.de iur.om. iud.et ſic licet præſes, uel prætor iuriſdictionem mãdet, & licet trãſferatur, illa iuriſdictio ſic mãdata, et trãſ- lata, tñ adhuc dicitur iuriſdictio preſidis, ſeu prætoris, i.eius q mandauit, prout etiam actiones mandatæ, adhuc dicũtur illius qui mandauit, non eius qui ſuſcepit manda

14 tum. & propterea ego credo q, acta eius, q mãdatam ha bet iuriſdictionem, debeãt concipi nomine alieno.i.nomi ne mandãtis. p uta, talis qui habet iuriſdictionem mãda tam à tali, ſic ſtatuit: prout etiam procurator agit nomi- ne domini, uti pcurator.l.3.§.et qď.de curatore.uerſ. & ſi quid eſt.ff.iudic. ſol.glo.in l.pen.in fi.glo.magne. ff.qui ſatiſd.cog. Bart.in l.1.§.nũciatio, col.1.uerſ. qď ſi procurator.ff.de op.no.nunc. & ibid. late Alex.col. 3.nume.14. & hoc bene nota, quia nemo ita aperit.

15 Scire etiam oportet, q, ex his qui iuriſdictionem habent, alij ſunt magiſtratus, alij ſunt ſine magiſtratu, et ſic ſunt priuati, tamẽ ius dicũt, hoc colligitur ex l. ſi in aliquã.§. fi.ff.de offic.procõſ.ibi qui rome, quaſi magiſtratus, uel extra ordinẽ ius dicunt, & hi qui ſunt ſine magiſtratu, appellantur iudices priuati, de quibus meminit Suet.in Claudio, & Bude.in.l.fi.§ iudicandi.ff.de mune. & ho no. & hoc innuit tex.in l.fin.ibi mandata iuriſdictione priuato, inf.hoc ti.de his dicetur, infra eo.nu.35.et inf. in uerſ.mãdata iuriſdictiõe, nu.32.li.2.ubi habebis ſex- decim differentias, inter iudicem datum, & eum cui mã data eſt iuriſdictio: ab alijs non animaduerſas.

15 Scire ẽt oportet, q, ex ijs qui iuriſdictionẽ habent, aliqui

eam

eam mādare poſſunt, aliqui nō poſſunt, et regulariter is qui iuriſdictionem habet ſuo iure, eam mādare poteſt, ꝗ uero alieno beneficio habet; mādare nō poteſt, d.l. more, & ibi doct. ff. de iur. om. iud. de quibus uidebimus, infra lib. 2. in uerſ. iure magiſtratus. nu. 34. uſq; ad num. 64. ubi quo ad primam regulam uidebis, nu. 45. decē ampliationes, & nu. 56. nouem limitationes, quo ad ſecūdam regulam uidebimus, infra in. d. uerſ. iure magiſtra. num. 80. uſq; ad nu. 119. ubi uidebis octo ampliationes, et ſexdecim limitationes, alibi non cōgeſtas, et de his ꝗ poſſunt delegationē facere, uide qndecim cōcluſiones, inf. in. d. uerſ. iure magiſtratus. nume. 17. uſq; ad nume. 33.

17 Præterea ſcire oportet, ꝗ iuriſdictio omnis aut competit iure magiſtratus, aut ſpecialiter tributa eſt, ut hac l. 1. in princ. iure magiſtratus eam competere dico, quæ in erectione alicuius magiſtratus tributa eſt generalis, & ſic quod ex generali iuriſdictione competit, iure magiſtratus competere dicitur, puta in cōſtitutione pretoris, quicquid ei iniunctum eſt, dicitur ei competere iure magiſtratus ſui. i. iure preturæ. Idem dico in cōſule & pro conſule, & præfecto, et alijs, ut quod cuilibet ex eis, datum eſt, in generali iuriſdictione ſibi tradita, dicatur competere, preſidi iure preſidatus, proconſuli iure proconſulatus, prefecto, iure prefecturæ, edili iure edilitatis, et ſic euenire poteſt, ꝗ aliquid alicui competet iure magiſtratus, qđ alijs non competet, quia nō omnibus data eſt par iuriſdictio, ut infra dicam. Cōpetūt etiam iure magiſtratus, ea quæ quiſq;, ex edicto ſuo ſtatuit, & ſic quicquid ex edictis pretorijs deſcēdit, hoc eſt ius pretorium, procul dubio p̄tori cōpetit iure magiſtratus ſui. i. iure ſuæ

18 *preturæ, hoc enim proprie eſt ius pretorium. l. ius autē.
§.1.ff.de iuſt. & iur. et inſt. de iure nat. gent. et ciui. §.
p̄torū, & dicitur ꝓpria pretoris iuriſdictio, inſt. de per-
pet. & tempo. act. in princ. ibi, eas uero, quæ ex propria
pretoris iuriſdictione pendent. & appellatur ius honora
rium: ab honore pretoris. l. 2. §. eodem tēpore. ff. de orig.
iur. & dicitur ius magiſtratuum. d. l. 2. §. ita in ciuitate.
Ideo hoc ius ſine dubio iure magiſtratus competere dicē
dum eſt: licet ſpecial'r competat ipſi pretori; ex quo pre-
tor ipſe plerunq; uerba concipit in perſonā ſuam; puta iu
dicium dabo, aīaduertā, & quid ſimile. exēplum eſt in l.
4. §. p̄tor ait, ibi in ius ſine pmiſſu meo, ne quis uocet. ff.
de in ius uoc. & in l. ſed ſi hac. §. penul. eo. tit. & in l. ſi
quis ex argentarijs. §. pretor ait, ibi cauſa cognita edi iu
bebo. ff. de ede. & l. iuris gentium. §. pretor ait, ibi pacta
ſeruabo. ff. de pact. in l. pretor ait. §. deinde ait, ibi uim
fieri ueto. ff. de op. no. nū. de quo uide latius, infra, lib.
2. in uerſ. iure magiſtratus, nu. 1. cum mul. ſeq. ubi oīno
uide, quia hoc uerbum declaratur p octo concluſiones.
19 Specialiter autem tributū intelligo, id quod nominatim,
& particulariter, & in ſpecie, tributum eſt alicui, poſt
magiſtratum: lege uel ſenatuſconſulto, uel conſtitutione
principis, ideſt poſt generalem iuriſdictionem, huic magi
ſtratui datam: puta cum quid emergit noui, quod noua de
ciſione, ſeu nouo ordine indigeat, princeps ſuper hoc con
ſtitutionē facit, in qua nominatim cauet; quòd pretor, uel
tribunus, uel conſul, uel alius quiuis magiſtratus, per eū
nominatim expreſſus ī conſtitutione, eius rei cognitionē
habeat. hæc cognitio illo caſu dicitur ſpecialiter, & no-
minatim tributa illi magiſtratui; à lege ſeu conſtitutione*

prin-

20 principis.l.unica.C.ne lic.potẽt. q̃ ſi nihil exp̃ſſe cauiſ-ſet:nec alicui nominatim cognitionẽ illam mãdaſſet,nõ di ceretur illa cognitio ſpecialr̃ tributa alicui,ſed ex gene-rali iuriſdictione, cõpeteret magiſtratibus ſimilem iuriſ dictionẽ habẽtibus.l.2.in fi.C.de uet.iur.enu.quod ſum-mopere nota;quia in hoc ego inſiſtam, licet alij exponãt ſpecialiter.i.in priuilegiũ,et iure magiſtratus.i.quod mi nimis magiſtratibus competit, & ita ſe habet cõmunis opinio. et ſup his duobus falſis fundamẽtis fundate ſunt omnes concluſiones, cõmuniter recepte in hac materia. quas falſas eſſe demõſtrabo,latius aũt qũo accipi debeat uerb.ſpecialiter,oſtendetur infra,lib.2. in uerb.ſpecia-liter.ratio autẽ quare ſpecialiter tributa, mandari non poſſint, uidenda eſt omnino.infr.in uerb.ſpecialiter,nu. 10.ubi omnino uide:quia multum cõfert ad introductio-nem materiæ preſentis.

21 Scire etiam oportet,q̃ non omnis iuriſdictio mandari po teſt, etiam ab his qui mandandi poteſtatem habent;non loquor de imperio. hoc enim regulariter non transfer-tur,ut hac l.1. §.qui mandatam, & l.nemo poteſt.ff. de regul. iur. & l. ſolent. ff. de offic. proconſul. & hoc pro regula tradunt, hic omnes docto. de quo impe-rio tractabimus.infr.li.4.§.q mãdatã.in uer.imperiũ. nu.1.cum mult.ſeq.& ibi uidebis regulam, cum tribus ampliationibus, et limitationibus. 18. de cauſis autem mixti imperij uidebimus, in uerſ. Paulus not. nume-ro.2.& nume. 61. eodem libro. ubi adeſt regula. cum 25. limitationibus: ſed loquor de iuriſdictione. ex hac enim ea quæ ſpecialiter, & nominatim alicui tributa ſunt,non mandantur;ut hac l.1.in princip. ea uero quæ

18 *preturæ, hoc enim proprie eſt ius pretorium. l. ius autē.
§.1.ff.de iuſt. & iur.et inſt.de iure nat.gent.et ciui.§.
p̄torū, & dicitur ꝓpria pretoris iuriſdictio, inſt.de per=
pet. & tempo.act.in princ.ibi, eas uero, quæ ex propria
pretoris iuriſdictione pendent. & appellatur ius honora
rium: ab honore pretoris.l.2.§.eodem tēpore.ff.de orig.
iur. & dicitur ius magiſtratuum.d.l.2.§.ita in ciuitate.
Ideo hoc ius ſine dubio iure magiſtratus competere dicē
dum eſt: licet ſpecial'r competat ipſi pretori; ex quo pre=
tor ipſe plerunq; uerba concipit in perſonā ſuam; puta iu
dicium dabo, aīaduertā, & quid ſimile. exēplum eſt in l.
4.§.p̄tor ait, ibi in ius ſine ꝑmiſſu meo, ne quis uocet.ff.
de in ius uoc. & in l.ſed ſi hac.§.penul.eo.tit. & in l.ſi
quis ex argentarijs.§.pretor ait, ibi cauſa cognita edi iu
bebo.ff.de ede. & l.iurisgentium.§.pretor ait, ibi pacta
ſeruabo.ff.de pact.in l.pretor ait.§.deinde ait, ibi uim
fieri ueto.ff.de op.no. nū.de quo uide latius, infra, lib.
2.in uerſ.iure magiſtratus, nu.1.cum mul.ſeq. ubi oīno
uide, quia hoc uerbum declaratur ꝑ octo concluſiones.*

19 *Specialiter autem tributū intelligo, id quod nominatim,
& particulariter, & in ſpecie, tributum eſt alicui, poſt
magiſtratum: lege uel ſenatuſconſulto, uel conſtitutione
principis, ideſt poſt generalem iuriſdictionem, huic magi
ſtratui datam: puta cum quid emergit noui, quod noua de
ciſione, ſeu nouo ordine indigeat, princeps ſuper hoc con
ſtitutionē facit, in qua nominatim cauet; quòd pretor, uel
tribunus, uel conſul, uel alius quiuis magiſtratus, per eū
nominatim expreſſus ī conſtitutione, eius rei cognitionē
habeat. hæc cognitio illo caſu dicitur ſpecialiter, & no=
minatim tributa illi magiſtratui; à lege ſeu conſtitutione
prin=*

20 principis.l.unica.C.ne lic.potēt. ꝙ ſi nihil expſſe cauiſſet:nec alicui nominatim cognitionē illam mādaſſet,nō diceretur illa cognitio ſpecial'r tributa alicui,ſed ex generali iuriſdictione, cōpeteret magiſtratibus ſimilem iuriſdictionē habētibus.l.2.in fi.C.de uet.iur.enu.quod ſummopere nota;quia in hoc ego inſiſtam, licet alij exponāt ſpecialiter.i.in priuilegiū,et iure magiſtratus.i.quod minimis magiſtratibus competit, & ita ſe habet cōmunis opinio. et ſup his duobus falſis fundamētis fundate ſunt omnes concluſiones, cōmuniter recepte in hac materia. quas falſas eſſe demōſtrabo,latius aūt qūo accipi debeat uerb.ſpecialiter,oſtendetur infra,lib.2. in uerb.ſpecialiter.ratio autē quare ſpecialiter tributa, mandari non poßint, uidenda eſt omnino.infr.in uerb.ſpecialiter,nu. 20.ubi omnino uide:quia multum cōfert ad introductionem materiæ preſentis.

21 Scire etiam oportet,ꝙ non omnis iuriſdictio mandari poteſt, etiam ab his qui mandandi poteſtatem habent;non loquor de imperio. hoc enim regulariter non transfertur,ut hac l.1. §.qui mandatam, & l.nemo poteſt.ff. de regul. iur. & l. ſolent. ff. de offic. proconſul. & hoc pro regula tradunt, hic omnes docto. de quo imperio tractabimus.infr.li.4.§.q mādatā.in uer.imperiū. nu.1.cum mult.ſeq.& ibi uidebis regulam, cum tribus ampliationibus, et limitationibus. 18. de cauſis autem mixti imperij uidebimus, in uerſ. Paulus not. numero.2.& nume. 61. eodem libro. ubi adeſt regula. cum 25. limitationibus: ſed loquor de iuriſdictione. ex hac enim ea quæ ſpecialiter, & nominatim alicui tributa ſunt,non mandantur;ut hac l.1.in princip. ea uero quæ

cōpetūt iure magiſtratus intelligo, ut ſupra dixi, poſſunt mā̄lari: ut hac l. 1. uerſ. quæ uero, & hæc bene nota, q̄ cardo totius materiæ de qua nunc agitur conſiſtit in ſignificatione, et ſenſu horum uerborū ſpecialiter, et iure magiſtratus, q̄ perperā à doc. exponūtur, ut infra latius
22 oſtēdā. ¶ Scire ēt oportet, q̄ nō oīs magiſtratus habet æqualē iuriſdictionem, ſed prout placuit principi uarie in uarios diſtributa eſt: prout ēt olim à populo romano factū eſt. ut cōſtat. l. 2. §. quo ad magiſtratus, cū multis ſeq. ff. de orig. iur. aliqui enim litibus iudicandis, aliq. ædibus reficiēdis, aut uijs publicis, aliqui annonæ, aliqui fideicōmiſsis, aliqui monete uidēde, aliqui carceris cuſtodie, aliqui rebus capitalibus, aliqui moribus ciuiū cobercēdis pficiebātur: ut patet in diſcurſu, d. l. 2. ſic hodie in
23 dn̄io Mediolani preter ampliſsimū illū Senatū toto orbe celeberrimū, cuius preſes eſt MARCVS Barbauaria uir illuſtris, æqtate, prudētia, ītegritate ſummus. adſunt queſtores redditū Cæſareorū. Itē magnus cācellarius. Itē theſaurarius generalis. Item prefectus annonæ. Item Collateralis generalis. Itē prefectus ſanitatis. Item uicarij generales, & uicarius prouiſionum. Item capitaneus iuſtitiæ. Itē uicarius iuſtitiæ. Item pretor. Item uicarius p̄toris. Item iudex galli. Item cōmiſſarius taxarum. Item iudices aquarum. Item iudex datiorum. Item referendarius. Item iudex monetæ, et alij multi, q̄ uariā. qui quāq; diuerſam habeāt iuriſdictionem, uix referri poteſt, nec unus habet ſimilem alteri, & interdū quod minimis datur, maximis non competit, immo nulla eſt ſpecies iuriſdictionis, ſiue parua, ſiue minima, quæ omnibus magiſtratibus cōpetat, ut uidebimus infra in uerb. iure magi

ſtratus

24 *ſtratus.lib.2.* Omnis enim iuriſdictio apud principē reſi-
*det,d.l.2.§. nouiſſime.l.1.ff. de conſti. princ.l.1. ff.de*
*offi.pfec.pto.l.1.§.cum enim lege.C.de uet. iur. enucl.*
Alexā.*in hac l.1.nu.3.* & *omnis poteſtas creandorum*
*magiſtratuū ad eū ſpectat,c.unic.quæ ſint regal.in uſib.*
*feud.et nemo officialis ullā habet iuriſdictionē,niſi qua-*
*tenus ei tributa eſt à principe,ut not.glo.de pac. cōſtā.*
*in uerb.criminalibus,* & Bal.*in authē. caſſa.*C.*de ſacro*
*ſan.eccl.* & Iaſ.*in l.gallus.§.* & *quid ſi tm̄.pen. char.*
*col.2.ff.de lib.* & *poſth.* & *ibi ego latius ſcripſi. et* Ale
*xan.in cōſi.24.col.1.uol.5.*Barb.*conſi. 42. colū.pen.*
*uol,3.* & Bal.*in cōſi.161.proponitur,uol.3.* Soci. *in cō*
*ſil.275.col.7.*Dec.*in cōſi.8.col.1.* Cagnol. *in d.l.2. in*
*prima parte,uerſi.fin.nu.190. ff. de orig.iur.qui prin-*
*ceps,cum omnibus per ſe nō ſufficeret.c.ualde.94.diſt.*
*c.mandamus,de pſump.l.percipimus,* & *l.iubemus.* C.
*de appel.*Ideo *magiſtratus conſtituit,quibus iuriſdictio-*
*nem* & *imperiū pro arbitrio ſuo diſtribuit, nō omnibus*
*equaliter:ut per* Alex.*hic,et* Bello.*in trac.de offi.eius.*
25 *nu.11. nec ſecundū gradū dignitatum cuiuslibet : aliqñ*
*enim maximis uiris paruas adminiſtrationes tribuit : ut*
*in l.ſi quādo.*C.*de appel.* & *in auth.de defenſo.ciuit.§.*
*interim. ubi etiam illuſtres cogūtur aſſumere magiſtra-*
*tum defenſoris, q eſt de minimis magiſtratibus, ut hic*
*tradūt omnes doct.* & *ſic poteſtas* & *iuriſdictio non eſt*
*diſtributa ſecundū gradus dignitatū, ſed ſecundū quali-*
*tatem adminiſtrationis,ſeu magiſtratus qui ex arbitrio*
*principis cōſtituti ſunt:* & *ideo argumentū de uno magi*
26 *ſtratu ad aliū nō eſt bonum, etiam ſi ſubſit maior digni-*
*tas,poteſt enim eſſe q unus erit inferioris dignitatis,uel*

paris, & tamē habebit maius imperiū et maiorem iuriſdictionē, q̄ habeat alter, q ē ī pari, uel maiori dignitate: ut ē tex. in d. l. ſi quādo. C. de appell. et tradit Bart. in l. 1. §. ſi quis. ff. de appella. & hoc loco fatetur Dec.
27 Aliud enim eſt dignitas, aliud eſt magiſtratus, ut probat tex. in l. ſi quādo. C. de appell. hac ratione, ego dū eſſem ſcholaris, in publica diſputatione cōcordaui opinio. doct. inter ſe diſceptantium, de gradibus magiſtratuū: pleriq; enim exiſtimant quinque eſſe gradus magiſtratuū, et ita ſe habet cōmunis opi. ſecundū glo. in hac lege 1. in prin. in uerb. tribuūtur, alij tres tantū autumant: ego dicebā, q̄ re uera tres tantum ſunt ordines magiſtratuum, per tex. in auth. de appel. § illud. qui tres ordines continent omnes omnino cuiuſcūq; dignitatis.
28 Dignitatum autem quā plures ſunt gradus: nam et præter cæteras dignitates, hic à doctoribus īculcatas; adeſt etiam dignitas perfectiſſimatus. l. 1. C. de perfectiſſima. dignitat. & equeſtris dignitas. l. 1. C. de equeſt. dign. & non eſt dubium, q̄ ſupra illuſtrem dignitatem, adeſt aliqs gradus dignitatis altior. hoc enim ꝓbat tex. in auth. ut ab illuſt. & qui ſuper eam dignit. et ibi in rubri. & clarius in l. ſi quando. C. de appell. ibi, ſiue illuſtri dignitate decoretur, ſiue etiam maiori: & ſic cōmunis opinio procedit, quo ad dignitates, quæ ſunt non ſolum quinq;, ſed etiam plures. alia opinio procedit in ordinibus magiſtratuū, quā tenent Ang. & Fulg. in hac l. 1. et Guliel. de cun. in l. imperium. ff. de iuriſ. om. iud. & Alciat. libro tertio, diſpunct. cap. 4.
27 Tertia cõcluſio eſt q cãæ meri et mixti ĩperij pp grauitatẽ & excellẽtiã cẽſentur date in priuilegiũ maioribus magiſtratibus & denegate minoribus, et ſic cẽſetur electa ĩduſtria pſone, magnis. n. magiſtratibus magna negocia, puis parua cõmittũtur l. fin. C. de ped. iud. et ĩ auth. de defe. ciui. §. & iudicare, & hæc ẽ rõ cõiter approbata hic p Bart. Ang. Pau. de caſt. Soc. Alex. Iaſ. Dec. & alios in hac. l. 1. propter quam dicunt non poſſe mandari imperium merum ac mixtum, ſed & hæc concluſio falſa eſt, ut dixi. ſupra. eod. nume. 20. & 21.

28 Quarta concluſio eſt q cauſæ omnes ſimplicis iuriſdictionis mandari poſſunt, ut uidetur probare tex. in l. imperiũ. in fi. ſecundum communem intellectum. ff. de iur.

om.iud.& l.more.ff.eo.tit.unde colligūt omnes Doct. q quilibet iudex habens ordinariam iuriſdictionem etiā minimus pōt delegare, ut tradit Bart.& cōiter doct.in hac l.1.& in d.l.imperium, ſed & hæc cōcluſio nō eſt uera, ĩ his q̃ ſpāliter tributa ſunt, ut hæc ait tex.ĩ prin.
29 Quinta cōcluſio eſt, q ea q̃ denegātur minoribus magiſtratibus, nam poſſunt delegari, et ideo cum ea quæ ſunt imperij mixti, nō cōpetāt magiſtratibus municipalibus, l.ea quæ.ff. ad municip. per cōſequēs mādari nō poterunt.l.2.infra hoc tit.l.iubere.ff.de iur.om.iud. Bart. Imol.Paul.de ca. Alex. Soc.Iaſ.& cōiter doct.in hac l. 1.& in d.l.imperium, & ſuper hac cōcluſione, & in ſequēti fere tota hæc materia fundata eſt à doct.noſtris, q̃ cōcluſio falſa eſt, ut dicam inf.eo. nu.65.
30 Sexta cōcluſio eſt, q ea omnia quæ competūt minoribus magiſtratibus poſſunt ĩdifferēter delegari, ita enim oēs ſic intelligunt hæc uerba iure magiſtratus, ut ſcilicet loquatur de his, quæ competūt minimis, & ita ſe habet cōmunis opinio, idem tenēt cōiter doc.in d.l.imperiū, et ad hoc adducūt illum tex.ĩ fine ibi iuriſdictio eſt iudicis dādi licētia, et exinde colligūt, q propriū iuriſdictionis ſimplicis eſt, ut mādari poſſit, q̃ ſimplex iuriſdictio, competit magiſtratibus municipalibus, d.l.ea quæ.ff.ad municipal.& ita ſe habet cōis opinio, & ideo cum particulariter quæritur de re aliqua, an mādari poſſit, nec ne, ſtatim eo recurrunt doct.ut uideant an eius rei cognitio cōpetat municipalibus magiſtratibus, nec ne: & ſuper hoc ingens contentio ſæpe uerſatur, quæ tamē cōcluſio falſa eſt, ut dixi ſupra in p̄fat.nume.31.& 32. Item ſecundum doct.ſpecialiter exponitur.i.in priuilegiū, non aūt parti-

*particulariter & nominatim ad differentiam generalis commiſſionis, & ita ſe habet cōis opinio; quæ expoſitio falſa eſt, ut dixi ſupra in præfation. nu. 19. & dicā inf. eod. nume. 52. 53. & . 54. Item uerb. iure magiſtratus exponitur. i. quæ magiſtratibus ēt minimis, & municipalibus cōpetunt; quia ſi cōpetunt illis, cōpetunt multo magis alijs maioribus, ſecundū cōem opinionē, quæ falſa eſt ut dixi ſupra in præfatio. nu. 17. & inf. eo. nu. 55. & in uerb. iure magiſtratus. lib. 2.*

51 *Septima concluſio eſt q̃ ea quæ requirunt plenam cauſæ cognitionē, aut decretum nō poſſunt delegari per tex. in. l. nec quicq̃. §. ubi decretum. ff. de offic. procōſ. & in l. omnia quæcunq;. ff. de regu. iur. quia talia non competunt minimis magiſtratibus d. l. ea quæ. & quia ſunt mixti imperij, ita tradunt Doct. cōiter in hac. l. 1. & in l. iubere. & in l. imperiū. ff. de iur. om. iud. & d. l. nec qcq̃. §. ubi decretū. & eſt cōis opinio (tn̄ falſa eſt) ut patet ex ſupradictis, et ex alijs q̃ inf. dicā, nu. 51. & . 60.*

52 *Octaua concluſio eſt q̃ ea q̃ ſunt meri & mixti imperij in ultimis duobus gradibus poſſunt delegari, ſecundū doctrinā Bartoli cōiter approbatā in. l. imperiū. ff. de iur. om. iud. q̃a iſta uidētur cōpetere iure magiſtratus. i. magiſtratibus municipalibus l. magiſtratibus. ff. de iur. om. iudi. & in auth. de defenſo. ciuita. §. audient. & ita ſe habet communis opinio Doct. in hac. l. 1. & in d. l. imperium, quæ concluſio ſic ſumpta nō eſt uera, ut inf. dicā.*

53 *Nona concluſio eſt q̃ ea q̃ ſunt in primis altioribus gradibus iuriſdictionis nō pn̄t delegari, q̃a non cōpetunt minimis magiſtratibus d. §. & iudicare. ī auth. de defenſ. ciuita. pro hac opinione adducūt Doct. tex. ī d. l. placet,*

in fi.ubi ait q; cauſæ libertinitatis et ingenuitatis nõ poſ ſunt delegari: et ſic cãæ ardue ẽt in ſimplici iuriſdictione ſcd̃m cõem opi. non delegãtur, qđ uerũ eſt qñ ſpãliter ſunt tribute, uel ſpãliter cõſtitutũ.ẽ q; nõ mãdetur. ut d. l.placet, nõ aliter. ut dixi ſupra eod nume.20. & 21.

34 Decima cõcluſio eſt q; ea quæ ſunt medie iuriſdictiõis. i. à ſumma tercẽtũ aureorũ ſupra nõ delegãtur, niſi ab occupato publicis negotijs. p tex.ĩ d l.placet.uerſ. qđ ita. C.de pedan.iud.ſcd̃m cõem ĩtellectũ. tu dic q; hæc cõcluſio uera eſt in oĩ iuriſdictione, ſiue ſit media, ſiue non. d. l.placet, q̃ loquitur indiſtincte, niſi in leuibus, quæ ſine cã mãdari poſſũt.l.fi.C.eo.tit. uide oĩno quæ dicã infra lib.3.in uerſ.cũ al's, nume.36 uſq; ad nu.46.

35 Vndecima cõcluſio eſt q; ea q̃ requirũt ſemiplenã cãæ cognitionẽ mãdari pñt, licet requirãt decretũ. ita ĩtellĩgũt tex.ĩ l.cognitio.infr.hoc tit.et eſt cõis ſnĩa, et uera eſt.

36 Duodecima cõcluſio eſt, q; ea in qbus electa eſt induſtria pſonæ nõ pñt delegari. et hoc ĩtellĩgũt, ſiue expſſe, ſiue tacite, et ſic pſũptiue fuerit electa ĩduſtria. ex quo alia ſeqtur cõclo, q; tacita electio ĩduſtriæ pſonæ nõ ex alio pt oriri ſeu pſumi q̃ ex magnitudine cãrũ, et ex magnitudĩe magiſtratuũ. ego ãt nõ ſoleo admittere hãc tacitã et pſũptã electionẽ, ſed expſſam tm̃, ut poſtea uidebimus. expſſã ãt appello, ẽt ſi nõ expſſe dicatur q; eligitur induſtria, ul' q; p ſe ſolũ id exequatur. ſed ſufficit ſi noĩatĩ ali qđ iniũctũ fuerit. ut hac l.1.ĩ prĩ. et ſic ex iniunctiõe et cõmiſſione ſpãli fatebor electã ĩduſtriã pſonæ, nõ ãt ex magnitudĩe magiſtratuũ, nec cãrũ, ut dixi ſup eo.nu.20

37 et 21. De iure canonico, idẽ eſt, nã ex ſola magnitudĩe cãrũ nõ cẽſentur electa induſtria pſonæ, qđ patet ex eo, q a ſcd̃m cõem opi.eo iure merũ ĩperiũ delegari põt. ut p

docto.in hac l.1.& canoniſt.in c.qđ ſedē.de offi.ordi. Immo nec ēt ex ſpāli cōmiſſione,niſi expſſū fuerit,q, pſonal'r exequatur:tūc.n.cēſetur electa ī luſtria pſone,et nō pōt negociū cōmiſſū delegari,niſi cōſentiāt ptes,c.fi. §.1.de of.deleg. niſi in paucis caſibus, ī qbus etiā ptibus cōſentiētibus nō pt fieri delegatio.d.§.1.in fi.et in.§.fi.

38 His cōclonibus ſic admiſſis,q̄ oēs sūt cōiter recepte, nihil ē tā cōtrariū,aut repugnās ī iure,qđ cōciliari ñ poſſit,adeo n.sūt cōcinnatæ, ut neceſſe ſit ī aliquā ex ſupſcriptis cōclonibus ïcidere, ſi qđ ē cōtrariū ſtatim dicūt doc.id eē ſpāle,,put ī l.1.et l.4.§.duas.ff.de dā. īfec.et l.cognitio.inf.hoc ti.et ī l.fi.C.ubi et apud quē,et ī l.1. §.damus.ff.de ſuſpec.tu.et ī l.legati.ff.de offi.pcō.et ſi q̄ sūt ſīles.rō ſpālitatis āſſignatur,uel celeritas ,,put in d.l.1.et 4.§.duas,uel utilitas pupillorū,prout in d.l cognitio.uel utilitas publica,prout in l.fin. C. ubi et apud quē,uel ṗrogatiua legati.prout in d.l.legati.uel ṗrogatiua magiſtratuū hñtiū iuriſdictionē,quibus aliqua mandaripñt,quæ alias nō mādantur. prout in l.ius dādi.ff. de tut.et cur.ab his.& inſti.de attilian.tut.§.pen.et in d.l.1.et l.4.§. duas.ff.de damno.infec.

39 Sed an ſint admittēdæ hæ cōclones cōiter recepte, et an iure pbētur,hoc opus hic labor ē, ſi fuiſſēt legislatores, hi noſtrates doctores q talia cōfinxerūt,ego qcqđ ab eis ſcriptū relictū eēt,ſine cōtrouerſia admittēdū putarē,p tex. ī l.2.ibi cui oēs obedire decet.ff.de leg.et l.1.ff.de cōſt.prī.et l.2.§.nouiſſime.ff.de ori.iur.ſed qa īterptis offō funguntur,cuius offm ē,ius qđ ſtatutū ē īterptari,et declarare,ñ āt đ nouo aliqđ ſtatuē.l.2.§.his legibus.ff. đ orig.iu.iſt.đ iur.na.gē.et ci.§.rñſa,et ibi ſalamō.l.1.

C.de profeſ.qui in urb. Cōſtātinop.lib.12.glo.et Bart. in l.1.C.de legib.glo.in l.ſi de interpretatione.ff.eo.tit. tex.in c.ſicut.§.ex his.q.1.tex.& glo.et abb.in c.1.de decim.glo.& Io.fab.et Aret.in d.§.reſpōſa,ut dīs,ego latius oſtēdi in cōmētarijs,quos edidi ad l.gallus,ī uerb.
40 īduxit.ff.de lib.et poſth.ego puto nihil (niſi qđ lege ꝓbe tur)admittēdū eſſe l.illā.C.de collatio. ubi late Iaſ.et.§. optimū,ī auth.de nō eligēdo,ſcđo nuben.l.in ꝑuaricatio nis.§.fi.ff.de ꝑuaricat.l.diſſētiētē.C.de diuort.c.illa ne ſedeuacēt,cū ſimil.ut ꝑ old.in conſ.202.et Cepol.in cōſ. 16.erubeſcimus.n.cum ſine lege loquimur.§.conſideremus in auth.de triente et ſemiſſe: et qđ nō eſt exp̄ſſe ſta tutum nō eſt ſupſtitioſis adinuētionibus ꝓſumēdum.c.cō ſuluiſti.2.q.5. exp̄xiſſet.n.lex, ſi uoluiſſet.l.unic.§.ſin autem ad deficiētis.C.de cadu.tollen.c.inter corporalia de trāslat.prelat.& qui dicit ius ita uelle, debet id ꝓba re.Bal.in conſ.341.lib.5.et ī conſ.340.lib.5.alioqui po teſt dici qđ non eſt lex ſub celo q̄ hoc dicat,ut facit Bal. in conſ.184.municipali,col.1.lib.5.maxime aūt ea puto oīno reijciēda,quæ ſalua rōne recti ſermonis nō poſſunt ex legibus colligi: ꝑ ea quæ tradit Bar.et Alex.& Iaſ. & alij in l.ſi de certa.C.de tranſact.& ꝑ tex.in l.plau tius,in fi.ff.de aur.et arg.leg.cū ſimil.ibi adduct. ꝑ glo.
41 Ego ut iura iuribus cōcordentur,in quo ꝑ nos ſummope re laborandum eſt.l.1.C.de inof.dotib. et ibi not.gloſ. & in authen.de exhiben.reis.§.fi. & eſt tex.in c.cum expediat,de elect.lib.6.& in c.cum dilectus,et ibi glo. in uerb.cōi eſt.de conſuetud.Bart.& doct.in l.2.§.cre ditum.ff.ſi cert.pet.Cy.Bal.& alij, in l.ſi de certa.C. tranſact.doct.in c.interceteros,de fide inſtrument.

Supplebo

42 Supplebo legẽ unã p aliam.l.nõ ẽ nouũ.ff.de legib.l.ſed et poſteriores,et ibi Bart.eo.tit.Idẽ Bart.in l.1.§.meminiſſe. ff.de uent.inſpic.Bald.in l.aduerſus.C.de furt. qđ in oĩ materia faciẽdũ eſſe,tradit Bar.et Iaſ.et cõiter doct.in l.nõ dubiũ.C.de legib.gñalia reſtringã,et cohercebo p deciſiones magis ſpãles.l. ſanctio.ff.de pen.l.ĩ toto.ff.de reg.iur.c.generi,eo.tit.lib.6.ang.cõſ.160.col. 1.Fulg.cõſ.215.Bar.in l.ſed et poſteriores de legib.et ĩ l.q̃ſitũ.§.ſi quis fundũ.ff.de fundo inſtru. Dec.late ĩ d.

43 l.ĩ toto,et ꝙ lex gñalis reſtrĩgatur p ſpãlem,ut cõcordẽtur:tradit corn.in cõſ.172.col.2.lib.4.et Paul.de caſt. in cõſ.21.incip.primũ dubiũ oritur ex tribus ſtatut,col. 3.lib.1.et Crau.in cõſ.2.nu.16.et 17.ad ĩproprias ſignificationes trahã,interdũ uocabula:ut ad concordiã redigãtur.prout faciendum eſſe docet Bart.et doct.in l.2.§. creditum.ff.ſi cert.pet. Bart. & doct.in l.non dubium. C.de legi.et alijs hmõi,modis legitimis laborabo ad legũ

44 concordiam.ut p Cy. Bal.et doc.ib d.l. ſi de certa.C.de trãſac.et ad earũ ſenſũ eliciẽdũ,et exprimẽdũ,nouas tñ et ĩuſitatas,et inauditas ſignões uocabulis afferi nõ pa

45 tiar,q a ſolus uſus hoc p̃t,ut tradit Hora.ĩ poeti.ubi ait.
Multa renaſcentur, quæ iam cecidere : cadentq́;
Quæ nunc ſunt in honore uocabula:cum uolet uſus.
Quem penes arbitriũ eſt, & uis, & norma loquendi.
Et tradit Alci.ĩ trac.de uerb.ſigni.lib.2.fo.81. ĩ paruis et ẽ tex.clarus,ĩ l.labeo.§. ſed bis. ibi nõ.n.ex opĩonibus ſingulorũ,ſed ex cõi uſu noĩa exaudiri debere.ff.de

46 ſuppel.leg.et oĩs ĩterp̃tationis uis eo reducitur: ut ſalua rõne recti ſermonis fiat.ut p doct.ĩ d.l.ſi de certa.C.de trãſactio.et ẽ tex.in l.plaucius.in fi.ff.de aur.et ar.leg.

& ut exponat nõ perimat.c.cũ dilecti,de accuſat. quem tex.ad hoc cõmẽdat Bal.ĩ ſua marg.in uerb. interp̃tatio et in l.1.in fi.C. de libe. pret.et in l.ſi de interp̃tatione. ĩ prin.ff.de leg.et debet ita fieri ĩterp̃tatio,ut nõ mereatur à ſapiẽtibus rep̃hẽdi.l.ſaluius ariſto.ff.de leg.p̃ſtan. l.ex facto,in princ.ff.de uulg.et pupill.Bal.in cõſ.91.p̃ ſtatutũ,col.2.uol.4.et ita fieri debet interp̃tatio, ut uer-

47 bis cõueniat,Bart.in l.ab executore,& ibi Imol. Ang. aret.et Alex.ff.de appell.et Bar.in l.duobus.§.ergo ſi quis.ff.de iure iur.Bal.in l.ea q̃.C. cõminatio uel epiſt. et in l.uolũtatis.C. de fideicõmiſ. col.fi.et in l.certo generi.§.1.ff.de ſerui.ruſt.p̃di. et in rub.C.de uerb.ſign. et in l.ſi quis filium.C.de liber.præter.& Hiero.cucal. in apoſtill.ad Dec.in l.in ambiguis.ff.de reg.iur.

48 Item attẽdi debet ille uerborũ ſenſus,et illa ſignatio,q̃ ui gebat tẽpore legis cõdite,non q̃ poſtea inoleuit.ut tradit Soc.in l.gallus.§.ſi eius,ĩ fi. ff.de lib.et poſth.et Alcia. in d.tract.de uerb.ſign.lib.2.fo.90.et etiã ego latius di xi,ĩ d.l.gallus.ĩ prin.in uerb.induxit.ff.de lib.et poſth.

49 Et cum latine ſcripte ſint leges,et qdẽ ornate,ut oẽs fatẽtur, uerba ea ſignatione accipiẽda ſunt,qua latini utẽbãtur.l.labeo.§.1.ff.d ſuppel. leg.nõ rudi aut barbara, q̃ poſtea forte inoleuerit,ut tradit Alciat.in d.trac.lib.

50 2.fo.88. Item ĩ claris nõ patiar,ut quiſquã me ſuaſionibus,aut fallacibus rõnibus abſtrahat, qa ubi uerba ſunt clara non eſt dubitandum.l.ille aut ille.§.cũ in uerb.ff. de leg.3. et ubi eſt caſus legis nõ eſt locus queſtioni.l.ancille,& ibi gl. et Sali.C. de furt.l.ceſar,ff.de publ.l.cũ p̃cibus.C.de p̃ba. Bal.in conſ.215.col.2.circ. fi.uol.2.et ubi habemus tex.nõ ĩdigemus,glo.ſcd'm Bal.ĩ cõſ.343.

incip.

incip. examinãda, col. 2. cir. fi. uol. 1. hic ſolet dici, q ubi uerba ſunt clara cauillationes aduocatorũ locũ non hñt, etiam ſi lex ſit dura, ſcdm Bal in conſ. 184. caſus ẽ talis quoddã fenile, lib. 2. nã certitudo uerborũ declarat certitudinẽ intellẽs, ut inquit Bal. in cõſ. 452. duo fratres, lib. 3. deniq; in dubio melius eſt uerbis deſeruire. l. 1. §. ſi ijs qui nauem. ff. de exercito. & Bal. in d. conſ. 215. lib. 2.

51 Itaq; nemo me unq̃ adducet, etiã ſi celum ruat, ut libellũ ꝓ delegato interp̃tandũ putẽ, ꝓut faciũt cõiter doct. in l. nec quicq̃. §. ubi decretũ. ff. de offi. pc. et in hac l. 1. quia hæc interp̃tatio nihil aliud eſt, q̃ exponere cartã ꝓ hoĩe, et fenum ꝓ aſino, q̃. ſignificatio apud latinos auctores, et apud ueteres iuriſcõſultos, nõ dico impropria, ſed inaudita eſt. Ideo ſuccedit diſpoſitio de qua in l. labeo. §. ſed de his, et ibi glo. cõiter approbata. ff. de ſupell. leg. et ex hoc patet, q tex. in d. §. ubi decretũ nõ ꝓbat intẽtionẽ doctorum, qui tñ ſuper eo ualde nituntur, ſed infeliciter.

52 Nec admittam, q uerb. ſpãliter exponatur. i. in priuilegiũ, quia inſolẽs et inaudita eſt, hæc ſignĩatio, ut dictum eſt de libello, nec uideo, qua affectione motus imperator det tale priuilegiũ: Immo ſi bene cõſideremus hoc non ẽ priuilegiũ, ſed potius onus, ſeu munus, neceſſitas. n. iudicãdi munus ẽ, non priuilegiũ nec bñficiũ, l. fi. §. iudicãdi. ff. de mun. et hon. niſi ĩterp̃temur priuilegiũ qcqd eſt cõtra regulas iuris, ut ĩ l. ius ſingulare. ff. de leg. et ideo cũ tales cauſæ tribuãtur, cõtra regulã, de qua ĩ l. more. ff.

53 de iur. om. iud poſſunt dici date in priuilegiũ, ita q nõ delegẽtur, ſed tunc ſufficit, q quicũq; dentur, nec refert an uni magis q̃ alteri dẽtur, dũmodo ſpãlr tribuãtur, et inſpicitur mẽs dãtis, nõ q̃litas eius cui datur. l. uni. ibi quã

palam eſt in tantum potentiorũ quæſtionibus eſſe cōmotum, ut huius ſanctionis rectores, ꝓuinciarũ cuſtodes, et contempte huius rei uindices fecerit. C. ne lice. potētio. ut dixi ſupra eo. nu. 44. deniq;. uerbũ ſpecialiter apud neminem uſurpatum eſt pro eo, quod eſt in priuilegium,

54 ſed accipitur ſpecialiter. i. nominatim. ut etiã tradit Alciat. in c. quod ſedem. col. 24. nu. 70. de offi. ordin. et dicam inf. in uerb. ſpecialiter; et ſic cum uerbũ hoc ſignificationem, in qua à doctoribus accipitur, non habeat, nec ꝓprie nec improprie, nec figurate; ſumus in caſu de quo loquitur tex. & glo. in d. l. labeo. §. ſed de his. ff. de ſuppell. leg. & Bart. & Iaſ. in. l. non dubium. C. de leg. ex quo enim hoc uocabulum nusq̃ uſurpatum reperitur in hac ſignificatione, non debemus ſuper hoc mouere quæſtionē; ꝑ ea quæ paulo ante dixi. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de leg. 3. l. ancillæ. C. de fur. cum ſimilibus paulo ante per me adductis.

55 Item nemo unquam me adducet, ut uerba illa iure magiſtratus exponam. i. iure municipalis & minimi magiſtratus: & ꝙ ea iure magiſtratus competere dicantur, quæ ſunt cōicata etiam minimis. quia nimium reſtringerentur huōi uerba, ſi ad municipales tm̃ referrentur: quod fieri non debet, ut dictum eſt ſupra de generali ſermone. maxime quia in iure noſtro cum de magiſtratibus fit mentio, plerũq; de romanis intelligimus per excellentiam. argumēto tex. inſtit. de iur. natu. gent. & ciui. §. ſed ius quidē, & ita plerunq; accipi apud ueteres iuriſconſultos animaduerti. l. eum qui. ff. de iur. om. iudi. & inf. hac. l. 1. in uerſ. & Ideo uidentur, & in l. cum prætor. §. 1. ff. de iudic. et in l. Poteſtatis. ff. de uerb. ſignif.

56 niſi

niſi adijciatur aliquod uerbum quo ẽt municipales conti neri appareat, puta municipalis uel duumuir uel quid ſimile.ut in l.1.& l.4.§. duas.ff. de dam. infec. & in l.1.in princ.ff.ſi quis iuſdic.non obtemp. deniq; dixiſſet lex iure magiſtratuũ, non aũt iure magiſtratus: quia hi erant duo.& cum de his mentionẽ facit lex ſemper loquitur numero plurali,ut dicam infra in uerb.iure ma-
57 giſtratus. Intelligã igitur iure magiſtratus.i.iure officij,ſcilicet illius de cuius iuriſdictione mãdanda agitur. de quo dic ut ſupra,in præfationibus nu. 17. & inf. in uerb.iure magiſtratus,lib.2.

58 Nec ẽt adduci potero,ut uerba illa,ut bonorũ poſſeſsio detur,interpreter.i.pronuncietur danda. et illa poſſidere iubeatur.i.in poſſeſsione eſſe,exponam.quæ interpretationes fiunt cõiter á doctoribus in l.cognitio.§. ut bonorũ.inf.hoc tit.aliter enim non poſſunt euadere ex ſimplegadibus & ex ſyrtibus,in quas incidere neceſſe eſt, ſequendo eorum concluſiones commentitias, & ueteribus iuriſconſultis penitus ignotas. ſed ego nõ admitto hmõi interpretationes & expoſitiones; non dico improprias,ſed barbaras, & inauditas, & á ſermone latino penitus extraneas & abhorrentes,& ab ipſiſmet excogitatas,apud neminẽ alium unq̃ aut lectas aut auditas.
59 et per hoc reijciende ſunt omnino,per tex. in l.labeo.§. 1.ff.de ſuppell.legat.& l.pediculis.§. aurea &.§.argento.ff.de aur.& ar.le.& l.ſcribit qntus mutius.eo.tit.& l.ille aut ille.§. cũ in uerbis.ff.de leg. 3.l. nepos proculo.ff.de uerb.ſignif.& l.quidã.ff.de hered.inſtit. ego exponã tex.in d.l.cognitio fideliter & latine prout uerba ſonant, & mens legis ſuadet. quæ ex uerbis de-

60 prebēditur.d.l.labeo,§.fi.putabo igitur ꝙ prætor mādare poſsit,ut detur bonorū poſſeſsio,ſiue de primo,ſiue de ſecūdo,decreto loquaris,nō curo,q̄ non exiſtimo nefas eſſe ut talia mādari poſsint à prætore, q̄ ex dicto ipſius p̄toris,& ex iure à ſe conſtituto deſcendūt, inſtit.

61 de bon.poſ.ī prin.q̄ eſt eius ꝓpria iuriſdictio.inſt.de perpet. & tēpo.action.in prin. & ꝓpterea dicitur,ius p̄toriū.l.ius aūt ciuile.§.1.ff.de iuſt.& iur.& bonorariū ab honore p̄toris.l.2.§.eodē tpe.ff.de orig. iur. putabo ēt ꝙ mādari poſsit,ut dāni infecti noīe caueatur,exēplū ē in.l.1.& in l.4.§.duas.ff.de dam.infe.et ꝙ iubeatur poſsidere,ēt ex ſcd'o decreto,nā is ꝓprie dicitur iuberi poſsidere, ut ē tex.ī.d.l.4.§.ſi intra,uerſ.ſi forte duretur.ff.de dam.infect.licet duū uiris hæc nō delegauerit p̄tor,ſed reſeruauerit ſue iuriſdictioni, ut ait text.in d. uerſ.ſi forte,tñ ſi nūc uelit poterit mādare,ut expreſſe ait tex.in d.l.cognitio.§.ut bonorū inſ.hoc titulo.q̄ uerba cū ſint clara ab eis nō puto recedēdū.l.ille aut ille.§. cū in uerbis.ff.de leg.3.l.nō aliter.eo.tit.& cū habeamus tex.expreſsū nō eſt dubitandū.l.ancille,& ibi glo. & ſal.C.de furt.nec ad argumēta,aut ad cōiecturas cō

62 fugere debemus,q̄ nulla eſt rō nullūq; argumentū & nulla cōiectura q̄ poſsit infringere aut tollere textus expreſſos,ut inquit glo.in c.1.tit.de feud.cognit,et ē tex. in.l.ꝓſpexit.ff.q & à qb.Tradit And.tiraquel.doctor egregius ī tract.de iure primoge.q.40.fo.372.nu.177. & q.85.fo.420,nu.15.& ſi nō habeat rōnem, ut inq̄t Bal.in l.nō oīam ī prin.ff.de legib.hinc dixit inno. in c. irrefragabile in fi.de offi. ordin.ſufficit ſic ſtatutū eſſe, et glo.in.l.1.§.initiū,in uerbo ratus.ff. de poſtulan. ait

ſufficere

ſufficere ꝗ ſtatuētes putauerunt bonū eſſe ſic ſtatuere, ſup quo uide late Tiraquel.ī trac.de retra.ī pſa.fo.31. nu.75.qđ ſine dubio pcedit ī materia iuris poſitiui, ut p
63 ſe.late ī c.ſi qñ nu.9.de reſcrip.maxime ī cõſuetudine, ī qua fere tota materia delegatiõis, fundata eſt, ut pbat tex.in hac l.1.§.finibi uerius eſt.n.more maiorū et in l.more.ff.de iur.om.iud.& in cõſuetudine, non ſpecta-
64 mus an rõne introducta ſit, an p errorē l. quod nõ rõne ff.de legib.ideo ſolet dici ꝗ rõ nõ eſt de ſubſtãtia cõſuetudinis, ſed ipſa pendet ex ſola auctoritate cõſtituentiū. ut ait bal.ī l.de qb.col.10.uerſ. & primo quo ad primū. ff.de legib.ubi ſubdit ualere oēm cõſuetudinē cõtra oēm rõnem, mõ nõ ſit cõtra ius diuinū, idē Bal. ī c.1.ī prin. col.2.uerſ.ibi,phibēs titulo, de feudi cognitiõ.ſcribit nõ ſēp exigi ꝗ cõſuetudo ſit rõnabilis, ſed ſatis ē ꝗ ſit tolērabilis, et uſu approbata allegat ino.ī rub.extra de cõſ.
65 Nec ēt adduci potero ut putem probari in.§.audient in authen.de defenſo.ciuit.et in l.magiſtratibus.ff.de iur. om.iud.ꝗ cognitio leuiū criminū, & alia hmõi quæ cõpetūt defenſoribus, & municipalibus magiſtratibus poſſint delegari: bñ fateor ꝗ talia cõpetūt hmõi magiſtratibus, put unicuiq; lex diſtribuit, et ita pbatur ex illis iuribus, ſed ꝗ mãdari poſſint, nullū uerbū, ideo qđ lex nõ dicit nec nos dicemus.§.optimū, ī auth.de nõ eligē.ſecūdo nuben.& l.illā, C.de collatio. cū cõcor.ibi p Iaſ.adductis, aliūde igitur q̄rendū eſt an talia mãdari poſſint, hoc eſt ex alijs legibus.l.nõ eſt nouū.ff.de legib. qđ ego quæro ex.l.nemo põt ī uerb.cuiuslibet cohertiõis.ff.de reg.iur.& in.l.ſolent in prin.ff.de offi.procõſ. nec putabo ſacrilegium eſſe, ꝗ aliquid magiſtratui etiam mi-

nimo à lege aut ab ĩperatore tributũ fuerit ſpãľr ; ita ꝙ mandata iuriſdictione nõ trãſferatur, cũ hæc depẽdeãt ex placito principis,ſunt.n.iuris poſitiui, ut ſæpe dixi.
66 Ideo quicqd ſibi placuit,pro lege obſeruabo. l.1.ff. de cõſti.prin.l.2.§.nouiſsime.ff. de ori.iur. nec ei ſuccẽſebo, ꝙ nõ ad meũ arbitriũ leges fecerit. cũ talia q̃ ſunt iuris poſitiui penitus depẽdeãt à ſuo ipſius arbitrio, nec ab eo rõ exquirenda ſit:ut late tradit Fel.in c.ſi qñ.uerſi. circa reddẽdã,nu.9.et uerſi.ubi uero,et ibid. Dec.nu.9.de reſcr.color.n.quilibet ſufficit pro rõne.l.qa poterat.ff. ad treb.et uolũtas eſt pro rõne,ut p gl.in l.1.§. initiũ. in uerb.ratus.ff. de poſtul.p Fel. et Dec. in loco alleg. et Tiraquel.in trac.de retract.in p̃fa.nu.75.fo. 31.
67 Nec etiã admittã ut in hac l.1.§.fin.uerba illa imperiũ qđ iuriſdictioni coheret,mãdata iuriſdictione trãſire,intelligamus,de cohertione uerbali tm̃: qa nimis dura eſt hæc reſtrictio,et nimis inſolens et barbara interp̃tatio. ſed putabo iuriſconſultũ loqui indiſtincte de omni imp̃io mixto.hoc.n.qđ iuriſdictioni coheret imperiũ pculdubio mixtũ eſt.l.ĩperiũ.ff.de iuriſ.om.iu. et iõ cũ lex non diſtinguat nec ego diſtinguã.l.de p̃cio.ff.de publi.et generaliter dictũ generaliter intelligã.l.1.§.generaliter.ff. de legat.p̃ſtan.cũ ſimil.nec me terrebit ꝙ talia denegen-
68 tur municipalibus magiſtratibus.l.ea q̃.ff. ad municipa. qa fateor ꝙ talia non ſunt tributa hmõi magiſtratibus, qa principi nõ placuit. & ſic ipſi magiſtratus non exercebũt talia,nec mãdabunt,qa ſibi non cõpetunt. fatebor tñ ꝙ mãdata iuriſdictione à p̃tore,uel alio ſlr̃i magiſtratu cui talia cõpetũt iure magiſtratus,trãſibũt cũ iuriſdictione:et expediri poterũt p eũ,cui mãdata fuerit iuriſdictio.

ſtio.ex quo hoc ſtatutũ eſt,et ſic placuit prĩcipi:uel ſic
more ĩtroductũ eſt.ut eſt tex.expreſſus, ꝙ cauillari nõ
poteſt,in hac l.1.in.§.fin.et tex.in l.fin.eo.ti. & multa
69 extant exempla in iure noſtro,ꝑ quæ apparet,ꝙ ea quæ
ſunt mixti imperij regulariter mandari poſſunt. Idem te
nuit Fulgo.in hac l.1.et Alciat. probat in paradox.lib.
2.c.1.& in c.qđ ſedes,nu.70.de offic.ord.nec ulla lex
dicit contrarium,ergo nõ debemus recedere à proprieta
te uerborum,per doctrinam Bartoli cõiter approbatam
70 in l.non dubium,col.2.uerſ.ſecundũ dubium.C.de legib.
habemus ergo regulam generalem, infr.hac l.1.§.fin.q̃
dicit,ꝙ ea quæ ſunt mixti imperij mãdari poſſunt. idem
dicit tex.in l.fi.eo.tit.habemus multa exempla,quæ idẽ
ſuadent & ex quibus regula colligi poſſet, ſi non eſſet
expreſſa.nullã ꝑterea habemus legẽ:q̃ repugnet.quam-
obrem non uideo,cur uelimus, tot & tantis cauillationi
bus,& barbaris,ac inauditis interpretationibus,et mul
tarum legum duris & aſperis reſtrictionibus,et inuer-
ſionibus,& cõtortionibus,contrariam ſnĩam tueri.quã
nec lex probat,nec conſuetudo unquam admiſit. quæ ſo
let eſſe optima legum interpres,l.ſi de ĩterpretatione.ff.
de leg.& nihilhominus audet Alex.dicere ꝙ ſnĩa cõtra
cõem,non eſt utilis nec uera.ſed quæro ab ipſo,cum ſen-
tentia cõis nõ ſit in uſu,nec unquã fuerit,q̃ utilitas põt
ex ea reſultare:magis q̃ ex contraria,quam conſuetudo
inuitis & obſtinatiſſime reclamãtibus omnibus doctori
bus approbauit:nec unquam obliterabitur: eſt igitur uti
71 lior hæc ſnĩa q̃ cõis,an ãt ſit uerior, apparet ex his q̃ iã
dixi.apparebit etiam clarius ex his q̃ in utrãq; ꝑtem po
ſtea adducẽtur,quæro aũt ab ipſo Alexãdro,cũ ipſe in-

terpretis officio fungatur, & legem hanc diſcipulis, et tironibus exponendã ſuſceperit, quæ nihil loquatur de dote, dato q multa de dote ex alijs legibus adduci poſſint, nõ recte fecerit ſi uelit omnino defendere etiam hic de dotibus agi, profecto, ſi ita dicat omnes eum inſanire fatebuntur, ſic igitur reprehendendus eſt, cum redarguit fulgo. qui fatebatur ex alijs legibus probari q merum imperium mandari non poterat, ex hac non colligi, & ex hoc infert q eius expoſitio, & interpretatio non eſt utilis, ex quo contrarium ſecundum eum per alias leges probatur, ego dico quòd ſatis erit utilis in hoc, quia auditores addiſcent leges interpretari, et non debemus peruertere ſenſus uerborum propterea q aliunde aliquid probetur.

72 Nec etiam adduci potero, ut admittam tot diſtinctiones totus gradus ſiue ſcalas imperij, aut iuriſdictionis à Bartolo, & ab alijs excogitatos, & commentos ſeu confictos in l. imperiũ. ff. de iur. om. iud. de quibus nulla unq̃ fit mẽtio in legibus noſtris, nec apud hiſtoricos, nec apud poetas, nec alicubi de his ueſtigium ullum apparet, & ideo cum quæretur an imperium, ſiue merum ſiue mixtum mandari poßit, nõ recurram ad hos gradus, aut ad has diſtinctiones imperij, à recentioribus confictas, ſed ad regulas ueterum iuriſconſultorũ me conferam. quæ-

73 ram igitur an more inductum fuerit, ut mandari poſsit an non, ut hac l. 1. §. fin. Item quæram an datum fuerit imperium, an uero competat ex ſuo proprio edicto magiſtratuum, item quæram an lex aliquid in hoc ſpecialiter indulgeat, maxime autem precæteris ſpectanda eſt con-

74 ſuetudo in qua fere tota hæc materia fundata eſt, ut hac l. 1.

*l.1.§.finali.& l.more.ff. de iur. om. iudic.not. glo.in titulo.de pace conſtan.§.1.in uerb. in criminalibus, & alijs huiuſmodi regulis utar, quæ notæ fuerunt antiquis iuris prudentibus, & quibus ipſi uſi ſunt, nec recedam à propria ſignificatione uerborum, niſi aut altera lex repugnans coegerit, aut communis uſus loquendi, aut iniquitas alioqui reſultans impulerit, aut ratio*
75 *legis ſuaſerit, iuxta doctrinā* Bartoli, *cōmuniter approbatam in l.non dubium col.2.uerſ.ſecundum dubium.C. de legib.tñ inauditas uerborum ſignificationes, & à latinis authoribus nuſq̄ receptas, nullo caſu admittam.p tex.in l.labeo §.1.ff.de ſuppell.leg.aliud ē enim impropria ſignificatio, aliud ē inaudita, et nunq̄ recepta ſignificatio.Itē cū ſimus in his q̄ ſunt iuris poſitiui, nō admittam rōnem ullam, niſi q̄ expreſſa fuerit à legislatoribus p tex.in l.non oīum, & l.ſeq.ff.de leg.et p ea quæ late tradit fel.in c.ſi qñ de reſcript.nu.9.& ibi* Dec.
75 Ex *his patet rñſio fere ad omnia quæ adducit* Alex.*pro opinione cōi, eſt.n.reſponſum ad tex.in hac.l.1.in prin. & in uerſ.quæ uero, item eſt reſpōſum ad tex.in.l. nec quicq̄.§.ubi decretū ff.de offi.proconſ.ſupra eo.nu.51. ad tex.in l.placet,*C.*de pedan.iudi.reſpondetur inf.eo. nu.101.102.et inf.lib.4.uerſ.paul.not.nu.44.&.45. ad tex.in l.fin.C.ubi & apud quem, rñdetur inf. lib.3. uerſ.& ideo uidentur.nu. 13.&.14 potius enim ex illis iuribus probatur opinio mea, ut in dictis locis oſtendi*
77 *tur.* Ad *tex.in auth.de exiben.reis.§.ſi uero ēt quidā, reſpondetur inf.lib.4.in uerſ.* Paul.*not.nu.34. uſq; ad nume.43.ad tex.in auth.de teſtib.§.ſi uero ignoti reſponde ut inf.lib.4. uerſ.* Paul. *not.nu.5.ad tex.in.§.*

nulla .in authē.de defenſ.ciuit.reſpōde ut inf.eo.lib.4. uerſ. Paul. not.nu.3. ad tex.l. imperium uerſ.fin.ff. de iur.om.iu. rñdetur q̧ ille tex. loqtur nō de auctoritate mandandi iuriſdictionem,ſed de auctoritate dandi iudicē: q̄ inter ſe differunt,ut dixi ſupra in præfationibus. ſed & admiſso ſenſu cōi q̧ facultas dandi iudicem ſit iuriſdictionis:tñ non per hoc probatur,q̧ mādari poſsit. quia nō omnia,quæ ſunt de iuriſdictione, mādari poſsūt. ut eſt tex.in l.placet.C.de pedan. iudic.in fi. & tradit hic tex.in prin.ex regula generali,dato ergo q̧ licentia dandi iudicē ſit iuriſdictio.d.l.imperium.tñ eſt de illa iuriſdictione,quæ ſpecialiter tribuitur:nemini enim cōpetit niſi cui nominatim data eſt.l. cum prætor.§.1.ff. de iudi.ex quo ſequitur q̧ nō poteſt delegari.ut in hac l.1.

7 in princ.reuera tñ communis ſenſus ad illum textum nō eſt uerus, ſed uerior eſt ille quem tradit Alciat.lib.paradox.2.ca.8.& eſt uerius q̧ nemo iudicē dare poteſt, niſi q habet imperiū l.eum qui.ff.de iuriſd.om. iud.l.iudicium ſoluitur.ff.de iudic.l.unic.c.qui pro ſua iuriſdictione,in uerb.præcepto. ideo cum ait tex.in d.l.imperium. q̧ iuriſdictio, eſt ēt iudicis dandi licētia: uult dicere, q̧ nō eſt meri imperij,ſed ī ea eſt ēt iuriſdictio,hoc eſt una cū imperio eſt iuriſdictio. erit ergo mixti impij, qđ eo ptinet ut ſciamus id municipalibus magiſtratibus non cōpetere per tex.in l.ea quæ.ff.ad municipal.nō autem eo pertinet ut ſciamus,an delegari poſsit hæc facultas,an nō.ſed aliunde hoc quæri debet,uidelicet ex regula textus noſtri in prin.cū itaq; hæc facultas nemini cōpetat,q̄ ei cui ſpecialiter data ſit.l. cū prætor.§.1.ff.de iudic.ſequitur q̧ mādari non pōt.ut hac hac.l.1.in prin.

Ad tex.

79 Ad tex.in l.nemo poteſt.ff.de reg.iur. & in l.ſolent,in princ.ff.de offic.proconſ.non nego quin imperium merũ lege datum ſit regulariter indelegabile,de mixto nego, & ſic non probat aliquid de mixto, ille tex.quo ad merum fateor illud regulariter mandari non poſſe, & quidem indiſtincte ẽt in minima ſpecie,licet in hoc Bart.cõtradicat in l.imperiũ.ff.de iur.om.iud.qui ualde abſurdum putauit ꝙ magiſtratus municipales aliquid poßint quod mandari non poſsit, quem ſequuntur communiter Docto.ſed falluntur, ut ſæpe dixi, nam multa mandari poſſunt,quæ non competũt magiſtratibus municipalibus l.fin.C.ubi & apud quem iuncta.l.ea quæ.ff. ad muni. & l.cognitio.§.ut bonorum,inf. hoc titulo iuncta d.l. ea quæ & l.1.& l.4.§.duas.ff.de dam.infect. et econuerſo aliqua eis tributa ſunt, quæ mandari non poſſunt. l.magiſtratibus.ff.de iur.om.iud. §.audient.in auth.de defenſor.ciuit. iuncta.l.nemo poteſt.in uerb. cuiuslibet alterius cohertionis.ff.de reg.iur. & l.ius dandi.ff.de tuto.& curat.dat.ab his.iuncta.l.ſed nec mandãte.eo.titul.de hoc imperio, et de cognitione eius dic ut dixi ſupra eo.uerſ.nu.25.26.27.

80 ad tex.in.§.ſi uero ignoti. in authen.de teſtib.dic ꝙ ibi loquitur de duũuiris,& magiſtratibus municipalibus, quod patet quia loquitur de iudicibus qui non habent adminiſtrationem, ideſt ꝗ ſunt ſine imperio,& ſic de municipalibus qui non habent imperium.l.ea quæ.ff.ad municip.uel dic ꝙ tortura eſt meri imperij,ut tradit Dec.in l. imperium.nume.49.ff.de iuriſdic.om. iudi. cætera ſunt friuola ad quæ reſponde prout infra in.§.qui mandatam, in quæſtione meri imperij,libr.4. Guido de ſuz. in hac.l.1. & in l.1.ff. de

81 Iuriſdic.om.iud. & in l.imperium. eod.titulo.contendit hanc legem alio ſenſu accipiendam eſſe. quem ſequitur Io. And.in addi.ſpecu.in titulo,de iur.om.iud. in additio.incip.hic poſuit ſub merore,ut refert hic Alex. numero.32.uolebat enim q̃ regula, quæ cõiter per Doct. elicitur ex hoc textu.in princ. habeat locum tantum in cauſis meri imperij: & ſic fatetur Guido q̃ cauſæ meri imperij ſunt indelegabiles.& ita procedit tex. ſecundũ eum,in hac.l.1.in prin.cauſæ uero mixti imperij poſſunt delegari: & de hoc ſecundum eum loquitur. tex.in hac l.1.in uerſ.quæ uero, hunc ſenſum probat Alciat.in.2. lib.paradox.c.1.& in.c.quod ſedem,de offic.ordin.qui tamen non eſt uerus; ut oſtẽdam. maxime quia hæc lex in princ.uſq; ad.§.qui mandatam,nunquam loquitur de imperio,ut ſæpe dixi. fateor tamen q̃ concluſio Fulgoſij eſt uera,ſcilicet q̃ mixtum imperiũ mandari poteſt,me-

82 rum non poteſt. Hæc regula ſecundum Fulg.& ſequaces fallit in caſibus exceptis. Primo in datione tutoris.hæc eſt enim mixti imperij,ut per Alex. in hac.l.1. numero.32.per tex.in l.muto.§.tutoris.ff.de tutell.ibi tutoris datio, neq; imperij neq; iuriſdictionis eſt: ſed ei ſoli competit,cui nominatim hoc dedit uel lex,uel ſenatus conſultum,uel princeps.d.§. tutoris. & non competit iure magiſtratus.ut inquit gloſ.in hac l.1.in uerſ. mandari, quam ſequuntur communiter docto. maxime Alexand.numero.34. & Deci.nume.45. & non poteſt delegari.l.nec mandante.ff.de tutor.& curat.dat. ab his. niſi habenti iuriſdictionem ſecundum glo.& communem opinionem, de qua atteſtatur Alexand.in hac l.

prima,

prima,nume.34.& in l.prima.nume.19.ff. de iuriſdi-ctio.omnium iudicum & utrobique docto.cõmuniter:et Deci.in hac l.prima,nume.41 pro qua opinione eſt tex. inſtitu.de attil.tuto.§.penul.& l.lutius.§.cum teſtamento.ff.de adminiſtra. tutor.ibi ex preſidis prouinciæ precepto à magiſtratibus tutor datus eſt. & hoc etiam fatetur Guido de ſuza. de hoc articulo an datio tutoris ſit mixti imperij,& an poßit delegari; uide infra libro quarto,in uerſi.paul.notat,nume.65.& nume.69.& nume.75.uſq; ad nume.87.

83 Secundo ſecundum eundem excipitur caſus quando imperium mixtum plus participat de mero quàm de ſimplici iuriſdictione:ut eſt exemplum in l.iubere.ff.de iuriſdictio.omnium iudic. Alexand.refert in hac l.prima,nume.32.re uera ille tex.nihil probat de delegatione, nec uera eſt hæc concluſio: ut dicam infra eod.numero.95. Tertio excipitur ſecundum eum caſus quando requiritur decreti interpoſitio.l.nec quicquam.§.ubi decretum.ff.de officio proconſul.& l.cum hi.§.ſed nec mandare.ff.de tranſactio. Alexand.refert in hac l.prima, numero.32.re uera hæ leges non probant. nam text. in dicto §.ubi decretum. loquitur de libello,non autem de delegatione.tex.autem in §.ſed nec mandare. loquitur de caſu ſpeciali commiſſo; ſecundum regulam de qua in hac l.prima, in princip. dic ut dicam infra eodem nu-

84 mero.96. Dicebat præterea Guido de ſuza. quòd cauſæ mixti imperij competunt magiſtratibus magnis iure magiſtratus, non ſpecialiter ex lege, uel ſenatuſconſulto, uel conſtitutione Principis, ſed eo ipſo

q̃ ſunt tales magiſtratus, competunt etiam illis talia, nõ ſpecialiter, ſed iure magiſtratus, & ſic in uerſ. quæ uero iure magiſtratus intelligit, ibi de magnis magiſtratibus agi, quod clarius apparet, ex uerſ. & ideo uidentur errare magiſtratus, nam procul dubio, lex ibi de magnis loquitur, qui habent imperium, & tamen eos uocat ſimpliciter magiſtratus, & ſic ex ſequentibus declarantur præcedẽtia. l. ſi ſeruus plurium. ff. de leg. 1. Alex. conſ. 169. col. 2. uol. 5. Reſtringebat ipſe Guido regulã huius legis, nam licet ipſe dixerit, q̃ cauſæ mixti imperij regulariter poſſunt delegari, hoc inquit uerũ eſt reſpectu ipſius imperij, & reſpectu ipſarum cauſarum: eſt enim delegabile huiuſmodi imperium.

85 Sed an quocunq; tempore, & quocunq; loco indiſtinctè delegari debeat, hoc nõ dicit tex. noſter: uult igitur Guido de ſuza. q̃ mandata iuriſdictione tranſeat mixtum imperium, dũmodo delegatio iuriſdictionis fiat tempore habili, ſcilicet quo iuriſdictio mandari poteſt, hoc eſt quando preſes ẽ impeditus publicis occupationibus, aliter nõ, per tex. in l. 2. C. de pedaneis iudic. & ita intelligit tex. in l. 1. C. qui pro ſua iuriſdict. de quo articulo, dic ut infr. lib. 3. in uerſ. cum alias iuriſdictio. nu. 16. uſq; ad nu. 36. cauſæ autem meri imperij, ſecundum Guid. de ſuza. ut refert hic Alex. nu. 33. nullo caſu poſſunt delegari niſi, quando preſes proficiſcitur, Alexã. tamen impugnat hunc intellectum, quia ſecundum eum, tex. in d. l. placet in uerſ. quod non ita. C. de ped. iud. probat q̃ cauſæ quæ expediũtur officio iudicis nobili, ut ſunt cauſæ mixti imperij, nõ poſſunt delegari, etiam ab eo qui impeditus eſt publicis occupationibus, ſecundum cõem intellectum.

86 Secũdo dicit,quod recepto ſenſu, Guidonis oporteret re ſtringere hunc tex. in uerſ.quæ uero, ut intelligatur in caſu quo preſes eſſet impeditus publicis occupationibus, quod ſecundum eum nihil aliud eſt,quàm uiolare textũ, uel potius dicere quòd eſt correctus iſte tex. per d.l.2. in uerſ.ita tamen.C.de pedan.iudic.quod eſt abſurdum, cum ſit uitanda legum correctio.l. præcipimus.C.de ap pella. c. cum expediat, de elect.lib.6.qui non admittitur,niſi expreſſe fiat ſecundum glo.communiter approbat.in c.cupientes.§.ſi per tex.in uerb.petere, de elect. lib.6.& maxime quia ſecundum glo.& doct.in d.l.2. ille uerſ.ita tamẽ, non loquitur de cauſis mixti imperij, & propterea quando loquitur de delegatione fienda tẽpore publicarum occupationũ, intelligitur de cauſis medijs,uidelicet ultra tercẽtum aureos, quæ tamẽ non ſunt mixti imperij,ubi inquit gloſ. quam cõmuniter ſequũtur doct.ꝙ cauſæ illæ non delegãtur niſi tempore occupatio num publicarum,ea uero quæ ſunt mixti imperij,non delegantur,niſi in caſibus,in quibus etiam cauſæ meri imperij delegantur, ita dicit ibi glo.in uerb. placet, & ſequuntur communiter doct.& male,ut dicam infra.

87 Tertio dicit Alexan.quòd non ſubeſt ratio, quare magis ſint indelegabiles cauſæ mixti imperij, quæ expediuntur per decretum,quàm aliæ quæ expediũtur per ſen tentiam diffinitiuam,de decreto eſt tex.in d.§.ubi decre tum,de ſententia diffinitiua eſt tex.in l.omnia quæcunque.ff.de regul.iur. uidemus enim, idem ius in utroque caſu ſeruari,quia neutrum ex his per libellum expediri poteſt,de quo tamen uide quæ dixi infra in uerb.ſpecialiter,numero 17. lib.2. Reſpondet etiam Alexand. ad

ea quæ tradit Guido de ſuza. ſuper text.in l.imperium in fin.ff.de iur.om.iud.ubi ait finem illius legis loqui de iuriſdictione,quæ complectitur mixtum imperium,ut ſupra uiſum eſt. Alex.autem dicit ꝙ ille tex.in fin. loquitur de ſimplici iuriſdictione. uult dicere ꝙ minimus magiſtratus ordinarius,qui habet ſimplicem iuriſdictionē, poteſt delegare: ut ibi per gloſ.& docto.& ita reſidet Alex.nu.33.quia proprium iuriſdictionis eſt, ut delega
88 ri poßit:ſecundum communem opinionem. Ego dico, ꝙ nec Alex.bene dicit,nec Guid.de ſuz.in totum ueritatem aperit. Nam quando dicit, ꝙ tex.noſter in princ. loquitur tantum de cauſis meri imperij, et ſic colligit cōcluſionem,ꝙ cauſæ meri imperij ſunt indelegabiles. Non nego quin cauſæ meri imperij ſint indelegabiles,nam hoc exprimit tex.in l.nemo poteſt.ff.de reg.iur.& in l.ſolent.ff.de offic procōſ.& in hac l.1.in.§ fi.ibi merū imperium,ꝙ lege datur non poſſe tranſire,& in hoc nemo contradicit,idem dico de cognitione huiuſmodi cauſarū. Sed dico ꝙ iſte tex.in prin.nō loquitur de mero impio. i. de aīaduerſione,ſed de iuriſdictiōe tm:ut dixi ſup.nu.9. et nu.14.in pfationib.et uide oīno inf.lib.2.in uer.exercitationem:ubi ego teneo,ꝙ cognitio cauſarum criminalium ſit iuriſdictionis,non autem imperij. et in uerſ.cum
89 alias iuriſdictio, ubi oīno uide. Item dico, ꝙ non omnē imperium merum eſt indelegabile,ſed illud tantum,qđ lege datur. ita loquitur tex.in d.l.nemo poteſt.ff.de reg. iur.& in d.l.ſolent.ff.de offic.proconſ.& in hac l.1.§ fi.& ibi ego dicam.in uerb.imperium. nu.1.cum mult.
90 ſeq.lib.4. Item dico,ꝙ uerum eſt quidem cauſas mixti imperij delegari poſſe, prout præſupponit Guid.de ſuz.

& Fulg.

& Fulg.hic. & Alciat.in c. quod ſedem. numer.20.de offic.ordin. Sed dico quòd iſte text. in uerſ. quæ uero non loquitur de mixto imperio: ſed de iuriſdictione, propter ſubiectam materiam. ut dixi ſupra in præfatio.numer.9.cum multis ſequentib.ubi omnino uide.
91 Item dico & fateor, quòd cauſæ mixti imperij, in caſibus exceptis non poſſunt delegari: prout præſupponit Guid. ſed dico, quòd non ſic debet concipi concluſio. Sed debemus dicere affirmatiue, quòd cauſæ mixti imperij, regulariter poſſunt delegari; dũmodo competãt iure magiſtratus, id eſt dũmodo nõ ſint data ſpecialiter lege, uel ſenatuſconſulto, uel conſtitutione principis. & ita loquitur tex.noſter in princ.iunct.§.fin. Qui autem ſint caſus expreßi ſpecialiter, extant exempla.in d.l.muto.§.tutoris.ff. de tutell.& l.nec mandante.ff.de tuto. & cu.dat.ab his. & in l.cum hi.in princ.&.§.ſed nec mãdare.ff.de tranſact. & in l.2.infra hoc titulo. & in l.placet. uerſ. quod non ita.C.de pedan.iudic. & in l.1.§.ſuſpecti.et §.abolitio.ff.de ſuſpect.tuto. & in l.unic.C.ne lic.poten. Item dico, & fateor, quòd magiſtra-
92 tus municipales, ex iuſſu præſidium, tutores dare poſſunt.l.lucius.§.cum teſtamento.ff.admin.tuto. & inſtitu.de attilia.tut.§.penul. & ita procedit tex.in l.ius dandi.ff. de tutorib. & curatorib.dat. ab his. Tamen non eſt uerum, quòd illud faciunt, ex delegatione, quia re uera hæc delegari non poſſunt.d.l.ſed nec mandante. ff.de tutorib. & curator. dat. ab his. quia nemini competit, niſi illis, quibus nominatim, hoc dederit lex, uel ſenatusconſultum, uel conſtitutio principis. d.l.muto.§.tutoris datio.ff. de tutell. Competit ergo

93 magiſtratibus municipalibus, quia lex hoc dedit nominatim. l. ius dandi. ff. de tut. & curat. dat. ab his, et inſtit. de attilia. tut. §. pen. qui tñ magiſtratus licet habeant iuriſdictionem hanc à lege, ut dictũ eſt, tamen à ſeipſis hoc non poſſunt facere, ſed expectare debent iuſſum præſidũ d. l. lucius. §. cum teſt. ff. de admi. tut. & inſtit. de attil. tut. §. ſed hoc iure, uel cum interuentu epiſcopi in paruo patrimonio pupillorum. inſt. de titulo. de attil. tutor. §.
94 pen. Qui iuſſus præſidum differt à delegatione, ut inquit glo. in. d. §. pen. in uer. iuſſu, & iuriſdictio nõ trãſfertur ex iuſſu, ſecundum glo. in l. 2. in uerb. in poſſeſsionem. in fi. ff. de iur. om. iu. & ibi Alex. nu. 18. col. 4. et
95 not. Doct. in l. & quia. eo. titulo. Item quando dicit in ſecundo caſu, ꝙ ea quæ participant magis de mero imperio, q̃ de iuriſdictione, nõ poſſunt delegari, per tex. in l. iubere, cauere. ff. de iuriſd. om. iud. & l. ea q̃. ff. ad municipa. dico ꝙ Guido male ſentit, nec eſt uerum ꝙ tex. in d. l. iubere, probet ꝙ talia non poſsint delegari, ſed ille tex. tantum nos admonet de illa iuſsione quam facit prætor, cogendo ut caueatur prætoria ſtipulatione, & de miſsione in poſſeſsionem, & ait, ꝙ ſunt magis imperij quàm iuriſdictionis, ut per hoc ſciamus an competãt magiſtratibus municipalibus, an non. per tex. in d. l. ea quæ ff. ad munici. an autem mandari poſsint, nullum uerbũ, ideo quod non dicit lex, nec nos dicemus. l. illam. C. de collatio. cum concordan. ibi per Iaſ. cumula. maxime ꝗa ſunt diuerſa hæc, ꝙ ſit mixti imperij, & ꝙ non poſsit delegari, ideo ex diuerſis nõ fit illatio. l. papiniamus exuli ff. de minor. ꝙ ſi uelimus ſcire an talia delegari poſsint, ex alijs legibus id quærendum eſt, itaq; recurremus ad

hunc

hunc tex. qui magiſtraliter loquitur, & tradit regulam ꝙ ſic, ex quo talia conpetunt iure magiſtratus. i. ex edicto prætoris, & ex iuriſdictione generali, nõ autem ſpecialiter nec nominatim ex lege, & recurremus ad tex. in l. cognitio. §. fin. inf. hoc tit. qui iuncta d. l. iubere probat omnino, ꝙ ea quæ ſunt magis imperij quàm iuriſdi-
96 ctionis, mandari poſſunt. Item dico falſum eſſe id quod tradit Guid. in tertio caſu, dum ait ꝙ ea quæ expediuntur per decretum non poſſunt delegari, per tex. in d. l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de offic. proconſ. immo dico ego. & concludo omnino, ꝙ talia delegari poſſunt, ut eſt exemplum in l. cognitio. inf. hoc titulo, dummodo ſpecialiter non ſint tributa lege, uel ſenatus conſulto, uel
97 conſtitutione principis, ut ait tex. noſter. nec eſt uerum ꝙ tex. in d. §. ubi decretũ. probet ꝙ cauſæ in quibus decretũ interponitur, ſint indelegabiles, ſed dicit ille tex. ꝙ non poſſunt expediri per libellum, ideſt per ſupplicationem, & ſubſignationem ſupplicationis, ſed neceſſaria eſt cauſæ cognitio, prout recte ſentit Bud. in annota. in pandect. in d. l. nec quicquam, & Alciat. in c. quod ſedem. de offic. ordi. & dixi ſupra eod. nume. 51. & forte uult dicere tex. ꝙ præſes ipſe debet cauſæ cognitionem adhibere, non autem pati ꝙ aſſeſſores hoc faciant quorum officium uerſatur circa ſubſcribẽdos libellos l. 1. ff. de offic. aſſeſſo. prout exponit glo. & Dec. in. l. ubicũq; ff. de reg. iur. & ſic concordat, cum tex. in authen. ut defunct. ſeu fune. §. illud, qui tex. loquitur de conſiliarijs, & aſſeſſorib. non autem de delegatis, ut infra oſtẽdam, lib. 3. uerſic. & ideo, nume. 42. uſq; ad nume. 46. Iſta tamen poſſunt delegari, quia non ſunt ſpecialiter tri

98 *buta à lege,ut hic ait tex.noſter,dum etiã dicebat* Gui-
*do de ſuz.q̃ cauſæ mixti imperij competunt magnis ma*
*giſtratibus,eo ipſo q̃ ſunt tales.dico aduertendum eſſe,*
*ne decipiamur, nam dato q̃ competãt eo ipſo q̃ ſunt*
*tales,tamen per hoc non dicuntur competere iure magi*
*ſtratus.nam uidemus etiam q̃ gladij poteſtas competit*
*omnibus,qui prouincias regunt,eo ipſo q̃ ſunt tales.l.il*
*licitas.§.qui uniuerſas.ff.de offi præſid. & tamen ta-*
*lia regulariter non competũt iure magiſtratus. quod pa*
*tet ab effectu, quia mandari non poſſunt.l.ſolent.ff.de*
*offic.proconſ. & l.nemo poteſt.ff. de reg.iur. & pro-*
*prius accedendo ad materiam iuriſdictionum, idem dico*
*de cognitione cauſarum criminalium: quæ proculdubio*
*competit præſidibus eo ipſo q̃ ſunt tales,d.l.ſolent,ta-*
*men regulariter ab his non mandatur,ut d.l.ſolent, &*
99 *hac.l.1.* Ideo *eſt aduertendum ad ſignificationem ho-*
*rum uerborum iure magiſtratus,quæ opponuntur præ-*
*cedenti uerſiculo,& ſignificant ea,quæ non ſpecialiter*
*nec nominatim tributa ſunt, lege, uel ſenatus conſulto,*
*uel conſtitutione principis, prout ſupra latius demon-*
*ſtratum eſt, in præfationib. numero.17.&.19. & di-*
100 *cam infra in uerſ.iure magiſtratus lib.2.in prin.* Dum
*autem* Guido *reſtringit hunc tex. ut poteſtas delegan-*
*di, etiam in cauſis delegabilibus paſſim non detur, ſed*
*in caſu occupationum tantum. ut per tex.in d.l.placet.*
C.*de ped.iudic.dico ueram eſſe hanc reſtrictionem licet*
A*lex.hoc abſurdum putet: & licet* Doct. *communiter*
*contra ſentiant.quod tamen intellige,& declara.ut di-*
*cam inf.lib.3.uerſ.cum alias,nume.26. & nu.31. uſq;*
101 *ad nume.36.nec eſt uerũ per tex.in d.l.placet.in uerſ.*

*quod*

quod nõ ita, loquatur de cauſis q̃ officio nobili expediun tur: licet Alexan. & alij hoc dicant. ſed loquitur generaliter de omnibus cauſis quas ipſi præſides tenentur ex officio ſuo, ideſt per ſe ſe, cognoſcere. nam uerba illa ex officio ſuo debent exponi, ideſt per ſe ipſos, et ex propria ſollicitudine: ut ſcribit Alciat. in c. quod ſedem. col. 15. numero. 58. de offic. ordin. allegat, tex. in. l. 2. de ſer. fugit. & in l. 1. C. qui pet. tut. quæ autem ſint illæ cauſæ non aperit tex. recurremus ergo ad hunc textum. in princip. Nec eſt abſurdum quòd tex. hic, in uerſic. quæ uero reſtringatur per alium text. uidelicet per text. in d. l. placet, immo hoc quotidie contingit, & regulariter fit. l. non eſt nouum. ff. de legib. tradit Bartol. in l. non eſt dubium. colum. 2. uerſic. ſecundum dubium. C. de legib. & hæc non dicitur diuinatio: ſed uera interpretatio, quam lex ipſa fieri mandat. d. l. non eſt nouum. & nunquam cenſetur excluſa huiuſmodi ſuppletio & interpretatio, etiam in taxatiuis: ut per glo. & Docto. in l. ob es. C. de prædi. mino. & in l. his ſolis. C. de reuocat. donat. & eam, etiam contra proprium ſenſum uerborum, admittit Barto. & cõmuniter Doct. in l. non dubium. C. de legib. abſit aũt, ut credamus correctum eſſe hunc textum. ſed uerius eſt quòd limitatur, & declaratur per alium tex. in d. l. non eſt nouum, & l. ſequenti, & bene dicit textus hic, quòd ea quæ iure magiſtratus competunt, mandari poſſunt. an autem ſemper, & in omni caſu ualeat eorum delegatio: non dicit text. hoc igitur quæremus ex alia. l. uidelicet, ex. d. l. placet. C. de peda. iudic. ſic etiam Paulo infra dicit lex in. §. qui mandatam, quòd more ma-

*iorum iuriſdictio transfertur, tamen non dicit ꝙ ſemper mãdari poßit. et licet Alex. dicat ꝙ iſtud eſt uiolare hũc tex. tñ uerius eſt non uiolari, quia uſitatum eſt & frequens & legitimũ ꝙ una lex ſuppleatur per aliam. d. l. non eſt nouũ. et ꝙ reſtringantur leges ſimpliciter loquẽtes eſt exemplũ in l. is qui reus. uerſ. ſed hoc puto. ff. de pub. iud. & in l. 1. §. cum quis latrones. ff. de q̃oni. Deniq; nulla alia melior interp̃tatio eſt in legibus noſtris, quàm ut una lex per aliam ſuppleatur, et declaretur, ut ſupra dixi. Ideò non oportet dicere ꝙ hæc ſit diuinatio, ſed eſt uera & neceſſaria & legitima interp̃tatio, quæ eſt uſitatißima etiã in legibus p̃ciſe & taxatiue loquentibus. ut eſt tex. ſecundũ doc. in d. l. ob es. C. de pred. mi*

102 *no. Item q̃n dicit Alex. ꝙ tex. in d. l. placet. in uerſi. ita tñ. loquitur de cauſis, ſupra 300. aureos, non autem de mixto impio, uelim ſcire ab eo q̃uo hoc ſcit ipſe, & unde hauſit hanc declarationẽ, & cur magis uelit ipſe reſtringere illum tex. ex capite ſuo, quàm per iſtum textũ cum iſta reſtrictio, quæ fit per aliam legem, ſit legitima, & admitti debeat. l. non eſt nouum. ff. de legib. Bartol. in l. non dubium. col. 2. uerſi. ſecundũ dubium. C. de leg. & ibi Iaſ. & alij. dico igitur ꝙ text. in d. l. placet. in d. uerſ. ita tamen. loquitur ſimpliciter de omnibus cauſis, quas ſolebant iudices delegare ſub pretextu impedimentorũ, & dicit ꝙ etiã hodie poſſunt delegari ab impedito publicis occupationibus. ſed in uerſ. quod non ita, loquitur de cauſis, quæ ipſi iudices per ſe cognoſcere, non autem per alium tenebantur, etiam impediti publicis occupationibus, quæ autem & quales ſint illæ cauſæ in utroq; caſu, & an magis ſint iuriſdictionis, quàm imperij*

perij mixti, uel meri, & an magis ſint ſupra 100. aureos, quàm infra, non aperit tex. Ergo nec nos uaticinari debemus, ſed ex alijs legibus, quæremus quæ ſint hæ cauſæ, quas iudices occupati ſolebãt delegare, & quas ex officio ſuo. i. per ſe ſe, & perſonaliter, non autem per alium conoſcere tenebantur, recurremus igitur ad hanc legem, quæ eſt magiſtralis, & quæ tradit regulã de cauſis, quæ ſunt delegabiles, & de his quæ ſunt indelegabiles, & hæc non erit diuinatio, ſed legitima interpretatio, & ſuppletio ex alia lege, quod fieri ſolet, ut dixi, ex quo ſequitur q̀ tex. in d. l. placet. in princ. & in uerſ. ita tamen, loquitur de cauſis delegabilibus, hoc ē de his q̃ nõ
103 ſunt ſpecialiter tributa lege, etc. ut hac l. 1. in princ. Et hoc ſenſu admiſſo, ſuſtinebitur concluſio, q̀ ea quæ ſunt delegabilia, non paßim delegantur, nec omni tempore, ſed ex cauſa, puta ſi ſit impeditus preſes publicis occupationibus. d. l. placet. in uerſ. ita tamẽ. et ex cauſa aduocationis ſuſceptæ ante magiſtratum. l. pretor. ff. de iuriſd. om. iud. & ex alijs cauſis, de quibus dicam infra lib. 3. uerſ. cum ar̃s iuriſdictio. nu. 31. 32. 33. 34. 35. 36. quæ uero ſpecialiter tributa ſunt etiã ab occupato mandari non poterunt, d. l. placet, uerſ. quo nõ ita, niſi in caſu ꝓfectionis, ut hac l. 1. uerſ. non aliter. quicq̃d dicant doc. Immo nec etiam forte in caſu profectionis, niſi in lege iulia, ut dixi inf. lib. 3. uerſ. nõ aliter, nu. 6. uſq; ad nume. 10.
104 Dum autem tertio loco, dicit Alexand. q̀ non ſubeſt ratio quare magis ſint indelegabiles cauſæ mixti imperij, quæ expediuntur per ſententiam diffinitiuam, quàm quæ expediuntur per decretum. recte reprehendit Guidonẽ de ſuza. qui credidit quod cauſæ qua expediuntur per

decretum ſint indelegabiles, per tex. in. d. l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de offic. proconſ. & contrarium credidit de alijs. re uera non eſt ius diuerſum inter iſta. l. omnia quecunque. ff. de regul. iur. & ideo ſi prime eſſent indelegabiles forte idem eßet in alijs. nihilominus & ipſe Alexan. errat: dum putat q; utrunque ſit indelegabile. ego puto quòd omnia delegari poſſint, niſi ſpecialiter tributa ſunt lege, uel ſenatus conſulto, uel conſtitutione principis, per text. in hac. l. 1. in princi. & in uerſic. quæ uero text. autem in. d. §. ubi de-
105 cretum, ut ſepius dixi, maxime ſupra eod. num. 51. non loquitur de delegatione, utrum in illis cauſis poßit fieri nec ne: ſed an per libellum, ideſt per ſupplicationem poſſint expediri. ita intelligit illum, textum Bud. in annotation. prior. in pandect. & Alciat. in cap. quod ſedem. de offic. ordinar. & eſt adeo clarus ille text. ut cauillari non poßit, nec dubitationem aut quæſtionem aliquam admittat, iuxta text. in l. ille aut ille. §. in uerbis. ff. de leg. tertio, & dici poteſt illud quod dicebat Bald. in conſ. 174. caſus eſt talis quoddam ſenile. lib. 2. quòd ubi uerba ſunt clara cauillationes aduocatorum locum non habent, etiam ſi lex ſit dura. nec indigemus gloßa, ubi habemus tex. ſecundum Bald. in cõſil. 343. examinanda ſunt. colũ. ſecunda circa finem, lib. primo. & in claris ceſſat interpretatio. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerbor. obligat. l. non aliter. ff. de lega. tertio. & uerbo expreßo ſtandum eſt, licet
106 alie præſumptiones urgerent in contrarium. oldra. in conſilio. 159. Dec. in conſilio. 32. colũ. 2. ſane uerbum libellus delegatum non ſignificat; nec proprie, nec improprie

proprie, nec aliter. nec unquam admiſſa fuit, aut ab aliquo uſurpata hæc ſignificatio. Ideo admitti non debet hæc interpretatio. ut eſt text. expreſſus. in l. labeo. §. 1. ff. de ſuppell. legat. & in l. Plautius in fin. & ibi glo. ff. de auro & argent. legat. & Bart. in l. non dubium. col. 2. uerſ. ſecundnm dubium. C. de legib. tamen doct. in re tam clara, non ceſſant tenebras luci offendere, dum obſtinatiſsime defendunt opiniones quaſdam communiter receptas. quæ nec uere ſunt, nec utiles: cum uſu hominum nunquam fuerint comprobate. & non dubitant quo iure quoq; iniuria, p fas et nefas, euidentiſsimis cauillationibus, nouas et inauditas uerborũ ſignificationes p arbitrio excogitare. et tot, ac tãtos textus claros ĩuertere, ſubuertere, & peruertere. ut iam non interpretes eos dicas, ſed augures, & ariolos, & diuinatores, & dum putant hũc tex. noſtrum nullo modo reſtringi poſſe, nec interpretari ex alijs legibus, audent in alijs legibus mirabilia, prodigioſa, & nunquam lecta, nec audita.

10 Alius fuit ſenſus Fulgoſij ad hanc legem, quem refert hic Alexan. col. 7. nu. 26. exiſtimabat Fulg. quòd etiam cauſæ, quæ competant maioribus magiſtratibus poſsint delegari, per tex. in l. fi. C. ubi, & apud quem. & l. cognitio. §. ut bonorum. infra hoc titulo. & l. 1. & l. 4. §. duas. ff. de damn. infect. & exponit hoc loco ſpecialiter, ideſt in priuilegium cauſarum, non autem in priuilegium magiſtratuum, pro ut faciunt alij doctor. & dicit quòd tales cãæ priuilegiatæ, nõ poſſunt mãdari. ſiue ſint cõmiſſe magnis magiſtratibus, ſiue paruis. de hoc enim nõ curat lex, ſed ſufficit q, ipſe cãæ ſint priuilegiate, et tũc nõ poſsũt delegari, ita loquitur tex. ĩ hac l. 1. in prin. p hæc

opinione, eſt tex. in l. cum ita, in prin. ff. de tranſactio. iunct. §. ſed nec mandare ead. l. & in. l. 1. circa prin. ff. de reb. eorum iuncta. l. 2. §. 1. infra hoc titulo. & in. l. 1. & l. ius dandi. ff. de tut. & curat. dat. ab his. iuncta. l. nec mandante, eo. titulo. & l. muto. §. tutoris. ff. de tutell. pro qua opinione uidetur text. in. c. fin. in princ. de offic. deleg. de quo dixi ſupra eod. num. 20. ſecus eſt inquit fulg. ſi competant ex edicto prætoris, hæc enim delegari poſſunt l. 1. §. & l. 4. §. duas. ff. de dam. infect. et l. cognitio. §. ut bonorum, inf. hoc titulo. Alex. tamē improbat hunc ſenſum, & communiter non recipitur, quē tamen probat Alciat. in lib. 2. Paradox. ca. 1. ad Alex. obiectiones ſatis patet reſponſum, ex his q̃ antea ſcripſi pro defenſione ſenſus à me dati ad hanc legem, nunc diſcutiam tantum non nulla quæ Hiero. Cagnol. uir erudiſsimus obijcit, in lib. exercitation, ca. 6. quæ ipſe magnopere urgere exiſtimat.

108 Primo ait ſenſum illum nō debere admitti, quia ſecundū eum eſt diuinatorius, dum uult q̃ tex. noſter in princ. loquatur de cauſis ſpecialiter commiſsis priuilegio ipſarū cauſarum, uult dicere Cagnoll. q̃ lex non aperit an iſtę cauſæ magis ex priuilegio cauſarum, quā ex priuilegio perſonarum ſint indelegabiles, & recte dicit, & in hoc ego non probo opinionem Fulgoſij, quia reuera iuriſconſultus non dicit, q̃ talis impoſsibilitas delegandi procedat ex aliquo priuilegio, nec cauſarum, nec perſonarū, quibus talia committuntur, ſed quia ſpecialis commiſsio uidetur iniungere neceſsitatem, ſuſcipiēde cognitionis, ut dicā inf. lib. 2. in uerb. ſpecialiter. num. 10. ea enim q̃ ſpecialiter fiūt maiorem habent efficaciam. l. itē apud labeonem.

leonem. §. ait prætor nequid. ff. de iniur. & c. ſi aduerſus, de heret. lib. 6. Bal. in c. cum. in col. antepen. de appellat. card. in cle. 1. col. 10. uer. nõ itaq; de reliq. & uene. ſant. facit quod tradit abb. in c. unic. nu. 2. de ſagitt. & ſic ceptum eſt abſtineri à delegatione, in his quæ ſpecialiter & nominatim tributa erant. non quia cauſæ eſſent ardue, aut honorifice, nec quia magiſtratus eſſent magni ac ſublimes, ſed quia crediderunt ueteres eam eſſe mentem legis, ut per ſpecialem iniunctionem neceßitas ſuſcipiende cognitionis imponeretur. de quo uide omnino quæ dicam inf. in uerb. ſpecialiter, nu. 6. & nu. 10. lib. 2. & ſic conſuetudo & mos mandandi iuriſdictionẽ qui inoleuerat in generali iuriſdictione, et in his quæ iure magiſtratus competebant, non fuit producta ad ea,
110 quæ deinde ſpecialiter dari cepta ſunt, & recte. conſuetudo enim eſt ſtricti iuris, & non extenditur ad alium caſum, ſecundum cõmunem opinionem: de qua p Alex. in l. quod dicitur. col. 2. ff. de uerb. obligat. & Ruin. in conſ. 9. in prin. lib. 3. & And. Tiraquel. uir doctißimus in tract. de iure primogen. quæſt. 16. in fi. nu. 9. fo. 293.
111 à terg. Secunda ratio per quam impugnatur à Cagnollo intellectus fulgoſij ea eſt, quia exempla à iureconſulto ꝑpoſita, ſunt de cauſis minus dubitabilibus: ut ſunt adulterium, homicidiũ, et uis publica, de quibus (ut ait) nemo dubitat, quin ſint indelegabiles, cum ſint grauiores. debuerat ergo proponere exempla rerum magis dubitabilium, & ſic exempla minorum cauſarum ſubijcere debuit: prout ſunt datio tutoris, ius dandi iudicem exercitatio ſeu coactio conſilij, poteſtas interponendi decretum in alienationibus prædij minorum, & alia huiuſ-

modi, quæ leuiora ſunt quàm poteſtas gladij, & quæ fa-
cilius ſolent tranſire, quàm gladij poteſtas. ut in authen.
112 de collat. §. ad hæc prohibemus, col. 9. Mihi uidetur
ꝙ hoc ſit ponere os in cœlum. cur enim uolumus repre-
hendere iuriſconſultum, cuius interpretationem proba-
uit legislator? ſufficit enim ꝙ exempla ſint ad propoſi-
tum, & nõ ſint inepta. prout reuera negari non poteſt,
quin exempla hic propoſita ſint apta, & idonea. ſi ergo
magis unum, quàm aliud exemplum propoſuit, hoc non
eſt reprehenſibile. nam ſi exempla minorum cauſarum
propoſuiſſet adhuc litigaretur cũ eo. & nullo pacto poſ-
ſemus adduci ad credendum, ꝙ cognitio cauſarum crimi-
nalium ea ratione ſit indelegabilis, quia ſpecialiter tri-
buta eſt: ſed aliam comminiſceremur. puta magnitudinẽ
& excellentiam cauſarum. prout etiam nunc facimus;
cum tamen lex manifeſte dicat huiuſmodi cauſas, nõ alia
ratione indelegabiles eſſe, quàm quia ſpecialiter & no-
minatim lege tribuuntur. ꝙ ſi in re tã clara & euidenti
contendimus; quanto magis digladiaremur ſi minorum
cauſarum exẽpla propoſuiſſet? & per hæc dico ꝙ immo
erat magis dubitandum de his exemplis, an ſcilicet hæc
113 ratio in illis militaret. Item ſublatum eſt aliud dubiũ.
nam ſi hæc lex non eſſet, nemo unquam admitteret ut
ullo caſu cognitio meri imperij delegari poſſet. per hanc
igitur legem determinatum intelligitur, ꝙ etiam meri
imperij cognitio delegari poteſt: quando ſcilicet compe-
tit iure magiſtratus, hoc eſt quãdo non eſt ſpecialiter tri-
buta lege, uel ſenatus conſulto, uel conſtitutione Princi-
pis. & ſic apparet conſultius feciſſe iuriſconſultum, qui
exempla tam magna propoſuit. per hæc enim etiam de-

terminauit alia minora negotia, in quibus tñ eſt eadem ratio. hæc enim determinat omnes caſus in quibus militat. l. regula. §. fin. ff. de iur. & fact. igno. l. illud. ff. ad l. aquil. cum ſimil. Nam ſi poſtea appareat, ꝙ aliquo caſu leuius negotium delegari non poßit, nunquam aliud adduci poterit pro ratione, niſi quia ſpecialiter tributum eſt. & ſic clauſit os illis qui impoßibilitatem delegandi ex magnitudine cauſarum, aut ex priuilegio perſonarum metiuntur. nam ſi in maximis cauſis hæc ratio non conſideratur à lege: multo minus conſiderabitur in paruis. ecce igitur quam optime locutus fuerit iuriſconſultus noſter. quicquid dicant Doct. maxime quia iſta cognitio non eſt meri imperij, ſed iuriſdictionis. aliud eſt enim cognoſcere, aliud imperare. ſic etiam aliud eſt imperium. aliud cognitio. l. ſolent. ff. de offic. proconſ. & hac. l. 1. §. finali quicquid dicant

114 Doct. Tertia ratio per quam improbatur intellectus Fulgoſij ea eſt, quia ut inquit Cagnoll. repugnat mens Vulpiani, & etiam uerba. in uerſ. quæ uero. quæ uerba ſic intelliguntur à glo. & Docto. ꝙ delegari non poſſint ea quæ competunt iure magiſtratus. ideſt eo ipſo ꝙ ſunt magiſtratus, qualeſcunq; ſint: ſiue parui, ſiue magni. uult ergo dicere ꝙ ea, quæ competũt omnibus magiſtratibus (ẽt minimis) delegari poſſunt. ex quo ſequitur, ꝙ in p̃cedenti uerſiculo, locutus eſt de his, quæ non competunt paßim omnibus: ſed aliquibus tantum. & ſic magnis: ſpecialiter. i. in priuilegiũ. & per conſequens differentia non conſiſtit in cauſis, ſed in magiſtratibus. ut ea quæ cõpetunt minimis delegẽtur, quæ uero non omnibus ſed quibuſdã in priuilegiũ, & ſic magnis, nõ delegãtur.

*tu dic, ꝙ doct.non intelligũt illa uerba iure magiſtratus, de quibus ſæpe locutus ſum. ideo ne toties repetantur, ut de ſupra eod.lib.in præfationibus.nume.17.& infra,in*
115 *uerb.iure magiſtratus,lib.2.in princip. Quarta ratio, per quam improbatur ſenſus* Fulgoſij,*ea eſt quia ſequeretur, ꝙ ſi cauſa leuis, & parua ſpecialiter, & nominatim cõmitteretur:ea non poſſet delegari.quod abſurdum uidetur & falſum.nam doct.in c.fin.in.§.1.de offic. dele. communiter concludunt contrariũ,dum dicunt, ꝙ in his quæ ſunt modici momenti non cenſetur eſſe electa induſtria perſone. ideo poteſt fieri delegatio. non obſtante ꝙ uerba refragari uideantur: ut hic per* A quen. *Nec eſt uerum ſecũdum* Cagnoll. *ꝙ in minimis non curemus de forma:ut p* Bar. *in l.leuia.ff.de accuſat.et* Brun.*aſten. in tract.de forma chart.61.in 19.limitat. licet hic doct.*
116 *contrarium teneat. Tu dic ꝙ cauſæ leues ſpecialiter à legibus tribui non ſolent.tamen ſi cauſa leuis nominatim à lege tribueretur, mãdari nõ poſſet.quia hoc dicit tex. iſte qui cauillari non poteſt, qui loquitur uniuerſaliter.*
117 *quicquid dicãt doct.in d.c.fin. qui non ſuper legibus fundant has ſuas concluſiones,ſed in rationibus immaginatiuis: quæ apud me parum ualent.l.ſi alij.ff.de uſufruct. leg.tradit* Alexan.*in conſ.139.col.2.lib.6.* Crauett.*in conſ.13.uol.1.* Idem *tenet* Bal.*in conſ.452.num.8.uol. 1.ſufficit enim quòd lex ita uelit.l.proſpexit. ff.qui et à quibus.& l.non omnium,& l.ſequẽ.ff.de leg. maxime quando non reſultat iniquum, nec aliquid contrarium in*
118 *regẽtium.ciuilia enim præcepta ſunt ad placitum.l.1.ff. de conſt. princ.l.2.§.nouiſſime.ff.de org.iur.& in his quæ dependent à placito, non debemus quærere ratio-*

*nem*

*nem.glo.in l.1.in uerb.ratus.ff.de poſtulan. cum ſuffi-ciat color qualiſcũq;.l.quia poterat.ff.ad* Trebell. *Ideo non debemus excruciari dum quærimus cur magis hoc, quàm illud delegabile eſſe ſtatuerit, cum talia ſint iu-ris poſitiui, nec habeant fundamẽtum iurisgentium. Ideo ſufficit, quòd lex ita ſcripta eſt. ut late concludit* Fel. & Dec. *in c. ſi quando, extra de reſcript. nam ſæpe errant*
119 *homines in coniecturanda mente legis tacita, propter ni-miam ſubtilitatem. ut inquit* Bald. *in l. præcibus. col. 7. uerſ. dixi ergo de duob. C. de impub. & alijs ſubſtit. & plerunq; fallimur, dum legis rationem, per coniecturas nos aſſecutas credimus: ut inquit* Alciat. *in l. nominis, & rei. §. uerbum. ff. de uerb. ſign. cum igitur lex ſanxe-rit, ꝙ ea quæ ſpecialiter tributa ſunt à lege, uel ſenatuſ-*
120 *conſulto, uel cõſtitutione principis, mãdari non poſſunt. & clare & lucide loquatur, ego eam obſeruabo. et cum ipſa non diſtinguat, nec ego diſtinguam. l. de precio. ff. de public. Dicam itaq; ꝙ etiam cauſa leuis, ſi fuerit ſpecia-liter tributa à lege, non erit delegabilis. exemplum eſt in l. unic. C. ne lic. pot. nã illa diſpoſitio, procul dubio habet locũ in omni cã, etiã leui, in qua quis aſſumit patrociniũ potentiorum. & nihilominus, committitur ſpecialiter à principe, illa cognitio, ut patet ibi. Item dicã, ꝙ etiam in minimis magiſtratibus, interdũ poteſt fieri talis cõmiſ-ſio ſpecialis. quid enim uetat, quominus etiam in mini-mis, adſit ſublime ingenium, et induſtria ſingularis, cum*
121 *non in honoribus, ſed in cerebro, & in animo talia conſi-ſtãt? et interdũ deterior poßit meliora ſentire, quã alius ꝙ honeſtior habetur. l. 1. §. ſed neq;. C. de uet. iur. enuc. alioqui ſi haberetur rõ tm̃ honorũ, et maior ĩduſtria in-*

telligeretur in maioribus, ſequeretur ꝙ pretor poſſet delegare cognitionem ſuper nece domini, quam ex ſenatus cõſulto habet, prefecto urbis, aut alteri magiſtratui; qui in ſublimiori gradu ſedet, quàm pretor. & nihilominus nemo hoc admittit, nam nec paribus, nec maioribus talia mãdari poſſunt, ꝑ hũc tex. in prin. ꝙ autẽ in minimis interdum eligatur induſtria perſone, etiam ex eo patet ꝙ hodie magiſtratus municipales tutorem dare poſſunt, qa hoc eis permiſſum eſt. l. 3. ff. de tut. & cura. dat. ab his, conſul non poterit, quia hoc ei non eſt ꝑmiſſum, l. muto. §. tutoris. ff. de tutel. Videte ergo quãtum errent doct. noſtri qui talia metiuntur ab induſtria præſumpta, & à magnitudine honorum. de quo dixi ſupra nu. 20. & 21.

122 Maxime autem certa ratio reddi non poteſt, quia primũ ex more et ex conſuetudine hoc introductum eſt; ut hac l. 1. §. qui mãdatam. quæ conſuetudo plerũque ex errore introduci ſolet. l. quod non ratione. ff. de legib. & non ſolet extendi ad alium caſum: ut tradit Bart. in auth. qui rẽ. C. de ſac. ſan. eccl. Iaco. bel. in c. 1. in prin. tit. q feud. dar. poſſ. Bal. in auth. ſi quas ruinas. C. de ſacr. ſan. eccl. & in l. etiam, in princ. ff. ſol. mat. & in l. ſi pupillorum. in fi. ff. de reb. eo. Cald. in conſ. 11. de feud. Imol. in c. ex parte. colum. fin. eod. titul. in l. quod dicitur. ff. de uerb. oblig. & Alex. qui dicit hanc eſſe cõmunem opinionem, & Ruin. in conſ. 9. in princ. lib. 3. & Tiraquel. in trac. de iure primogenit. queſt. 16. in fin. nu. 9. fo. 243. Ideo cum non debeat extendi, fruſtra querimus ratiõẽ. ſatis eſt enim ꝙ preſumitur bona cõſuetudo: ut per Bal. in c. cum uniſſent col. 3. de eo qui in poſſ. miſſ. Quieſcamus

123 igitur in his rationibus, quæ à lege exprimuntur, & legum

*gum mentem ex uerbis ipſis claris eliciamus, & ſequamur. legesq́ ipſas, quales late ſunt: obſeruemus, non autẽ quales nobis ferendas fuiſſe uidetur. maxime quia diſputatur de re, quæ qualitercũq́ accipiatur, non repugnat rationi naturali, nec ex eo aliquid iniquũ, aut contra ius gentium reſultat. ſed ſunt quædam quæ ex conſuetudine ipſa, & ex moribus inueteratis, ac ex placito principis, penitus dependent ſine alicuius iniuria. Quod igitur ſcriptum eſt ſequamur. l. proſpexit. ff. qui & à quib. & Fel. late. in c. ſi quãdo. nu. 9. de reſcript. et ibi Dec. in fi. & doceamus diſcipulos noſtros uerum ſenſum uerborũ: ut diſcãt ueros ſenſus legum non minus latarum, q̃ ferẽ-*
124 *darum ex uera, & recta ratione latini ſermonis exprimere. per tex. in l. plautius. in fi. ff. de aur. & arg. leg. et per ea quæ tradunt doct. in l. ſi de certa. C. de tranſact. & equum ab iniquo diſcernere. non autem uerba cauillationibus ad ſenſus noſtros, & ad placita noſtra deflectere, maxime per inauditas & nuſquam receptas uerborum ſignificationes: quæ nullo modo admitti debent. l.*
125 *labeo. §. 1. ff. de ſupell. leg. hinc ait Quintilia. lib. 5. c. fi. q́ iuriſconſultorum ſummus labor circa uerborum uim, & proprietatem uertitur. Quod etiam probat Tiraq. in tract. de nobilitate. c. 31. fo. 188. num. 456. & nu. 458. deniq́ ait lex oportere aliquid ſpecialiter tribui ad hoc, ut mandari non poßit. uult ergo lex q́ exprimatur. quia*
126 *non poteſt dici ſpecialiter commiſſum, quod non eſt expreſſum. & ſic tacita electio non poteſt dici ſpecialiter, & nominatim facta: ut etiam dixi ſupra eodem nume-*
127 *ro. 36. & 37. Inſtat Rimi. contra opinion. Fulg. & ait q́ modica cobertio ſpecialiter. i. nominatim, committitur*

*magiſtratibus municipalibus l.magiſtratib.ff.de iuriſd. om.iud.& in auth.de defenſor.ciuit.§.audiēt.ideo hac ratione attēta dicēdum eſſet delegari non poſſe, ex quo ſpecialiter tributa eſt, quæ tamen ſecundum eum delegatur.ut infra hoc tit.l.fin. Item prætori committitur ſecundum eum, ſpecialiter officium dandi bon.poſſeßionē l.2.ff.de offic.præto.ideo dicendum eſſet non poſſe delegari, tamen delegatur.l.cognitio.§. ut bonorum.infra hoc titulo.dic q; ex reſponſis prudentum non fit ſpecialis cōmißio; nec ex edictis prætoris, nec ex generali cō mißione. ut dicam inf. lib.2.in uerb. ſpecialiter, nu.18.*
128 *& .20. Deniq; poteſt reſponderi falſum eſſe q; modica cohertio de qua loquitur tex.in d.§. audient.poßit mandari.uerius eſt enim non poſse delegari, per tex.in l.nemo poteſt.ff.de reg.iur.ibi cuiuslibet alterius cohertionis.tex.autem in d.l.fin.loquitur de cohertione, quæ coheret iuriſdictioni, ex quo illi coheret, ut hac.l.1.in fin.ſecus eſt in illa caſtigatione, quæ ſtat per ſe principaliter, & ſic uenit appellatione meri impij.de qua loquitur.tex.in d.§.audiēt.tex.autem in d.l.magiſtratibus. loquitur de caſtigatione ſine imperio. de qua dic, ut inf.*
129 *lib.3.in uerſ.et ideo, nu.34.uſq; ad nu.41. Cagnol. ad hanc.l.nouum affert intellectum quem ait germanū eßе, & ex eo meram, & puram mentem iuriſconſulti elici, & ait q; omnia quæ ſpecialiter & in priuilegium à lege, uel ſenatus cōſulto, uel cōſtitutione principis tribuũtur (cuiuſcũq; ſpeciei iuriſdictionis ſint) delegari nō poßunt, quæ uero iure magiſtratus cōpetunt (cuiuſcũq; qualitatis, et gradus iuriſdictionis ſint) mādari poſsunt. & ſic nullo modo reſtringit uim illius uniuerſalis dictio*
nis

*nis quecunq;. q̃ poſita eſt in principio legis, ſed genera liter intelligit uerbum, ut iacet, & ſumit, ut complectatur quamlibet ſpeciem iuriſdictionis, ſiue ſit meri imperij, ſeu mixti, ſeu ſimplicis iuriſdictionis. & per conſequens hanc regulam, & hanc concluſionem generalem hic à iuriſconſulto traditã, generaliter & indiſtincte intelligendam eſſe; ut procedat in omnibus & quibuſcũq; cauſis, ſiue ſint imperij, ſiue iuriſdictionis. dũmodo prædicte cauſæ ſpecialiter, ideſt in priuilegium ſint tribute & date, ut nequeant mandari. & propterea iuriſconſultus uolens oſtendere, q; non de ſolo imperio loquitur in principio legis, ſed de qualibet ſpecie iuriſdictionis, uſus eſt uerbo iuriſdictionis quod latam habet ſignificationem: & comprehendit tam imperium quàm iuriſdictionem; ſecundum* Doct.*in l.imperium.ff. de iuriſ. om. iud. &* Dec.*in hac.l.1.col.4. & ſic ex hac lege colligitur q; cauſæ cuiuſq; ſpeciei iuriſdictionis ſpecialiter, & in priuilegium tradite, & commiſſe. per delegationem transferri non poſſunt. eadem ratione generaliter & indiſtincte accipi debet, tex. in uerſ. q̃ uero: ut quecũq; competant iure magiſtratus, ſiue ſint imperij, ſiue ſint iuriſdictionis, mandari poßint; dummodo competant omnibus magiſtratibus. & ſecundum hunc intellectũm nõ reſtringitur. tex. in d. uerſ. quæ uero, ad cauſas ſimplicis iuriſdictionis, ut faciunt glo. &* Doct.*hic, ſed intelligitur generaliter procedere, in omnibus cauſis meri ac mixti imperij, et ſimplicis iuriſdictionis, quæ iure magiſtratus competunt. cum hæc omnia ſint delegabilia; ut per* Bart. *& alios, & in d.l. imperium, & in d.l. iubere cauere. ff. de iuriſdic. om. iud. ex quib.* Cagn. *ipſe uir*

alioqui eruditiſsimis, gloriatur ſenſum huius legis à ſe
130 enucleatum eſſe, melius, quàm unquam fuerit. Ego fateor quòd uerba uniuerſalia habent latiſsimam ſignificationem, ut dixi ſupra. eod. numero. 2. tamen dico quòd reſtringenda ſunt ad materiam ſubiectam: ut ibid. dixi, nume. 5. Itaq; dic non iniquum eſſe, immo pulchrum quod uerb. quæcunq; pertineat tantum ad iuriſdictionem quæ mandatur; non autem ad imperium. ut ibi dixi. & uerbum iuriſdictio imperium non continebit. per ea, quæ dixi ſupra, in præfationib. numero. 9. maxime quia lex habet pro indubitato, quòd is cui mandata eſt iuriſdictio non habeat imperium. & quòd imperium nõ poſsit transferri, ut in. §. qui mandatam, ibi quare nemo dicit. Ideo iſtud principium non loquitur de indubitabili. l. quod labeo. ff. de carbo. edict. maxime, quia ſuperfluum eſſet deinde eadem repetere in d. §. fin. quæ hic in principio dicta ſunt. ideo ego puto quod hoc tamen loco, ratione ſubiectæ materiæ, iuriſdictio nõ comprehendat imperium. Itẽ dico ineptum eſſe exponere ſpecialiter, ideſt in priuilegium. Item uerba illa iure magiſtratus, ſcilicet quod competant omnibus, etiam minimis, ut dixi ſupra. in præfatio. numero. 17. & . 19. & ſupra. eod. numero. 52. & . 55.

131 Alciat. præceptor alio ſenſu accipiendam putat hanc legem, qui ueritati proximior eſt, quàm quiſquam alius. tamen nec ipſe metam attigit: in quibuſdam enim defecit. & ait breuiter in c. quod ſedem. col. 24. nume. 30. uerſ. iſta concluſio. de offic. ordin. quod ea quæ ſpecialiter, ideſt nominatim & in ſpecie, lege uel ſenatus conſulto, uel conſtitutione principis tribuuntur, non poſſunt delegari. quæ uero competunt iure magiſtratus, ideſt eo

ipſo

*ipſo quòd aliquis eſt creatus in officialem, puta quia factus eſt prætor, uel præſes; ea poſſunt delegari. poſtea connumerat inter ea quæ ſpecialiter tributa ſunt, merum imperium. ego probo hunc ſenſum. intelligendo tamen & declarando, prout ego feci ſupra in ſenſu à me dato, & in præfat. numero. 23. & infra dicam, lib. 2. in uerb. ſpecialiter, & in uerb. iure magiſtratus. tamen non probo id quod dixit de mero imperio. nam illud imperiũ, non ideo non transfertur mandata iuriſdictione, quia ſpecialiter ſit tributum, nõ enim ulla lex hoc dicit: ſed quia more maiorum ita compertum eſt; ut merum imperium non poſsit transferri, ut hac. l. 1. §. qui mandatam, & l. nemo poteſt. ff. de reg. iur. & l. ſolent. ff. de offic. proconſ. & ſic ego teneo q in principio legis noſtre non fiat mentio de imperio, nec exempla ſubiecta ſint imperij, ſed iuriſdictionis. ut dicam infra, in uerb. exercitationem, lib. 3. & in. §. qui mandatam, lib. 4. Itẽ ſuo ſenſu recepto oportet præſupponere q merum imperium in caſu profectionis mandari poſsit, & in caſu ualetudinis aduerſæ, & debilitatis, prout tenẽt cõmuniter Doct. in hac. l. 1. ego autẽ teneo q de iure ciuili nullo caſu mandari poſsit merum imperium à lege datum. & q ex mandato nunquam transferatur, ſed tantum conſtituendo locum tenentem, in caſibus in quibus locum tenens conſtitui poteſt: de quibus infra ſuo loco tractabimus. é contra autem puto q merum imperium deſcẽdens ex edictis magiſtratuum transferri poſsit his caſibus quibus ẽt iuriſdictio mãdari poteſt: ut poſtea demonſtrabo, inf. lib. 4. in uerb. imperium, & inf. lib. 5. uerſ. non aliter nu. 6. & num. 34. cum mult. ſeq. quod non eſſet ſi*

*ſimpliciter ſequeremus* Alciat. *præceptorem. Item putat ipſe, quòd in hac lege noſtra iuriſdictionis appellatio, contineat etiam merum imperium. quod mihi non placet, ut dixi ſupra in præfationibus. numero 9. & dicam latius lib. infra, in. §. qui mandatam. Item dum dicit quod eo ipſo, quòd quis eſt magiſtratus talia habet, & hæc ſunt delegabilia, non uidetur bene loqui. quia etiam datio tutoris competit eo ipſo, quòd quis eſt preſes, uel pretor. Idem dico de poteſtate dandi iudicem, & interponendi decretum in alienationibus minorum, & alijs ſimilibus: tamen non delegantur. Ideo ſequere ſenſum, quem ego ſupra tradidi. qui tamen in multis conſonat ſenſui præceptoris mei. à quo tamen hoc non didici, quia uix annum eum audiui, poſtea autem eo defuncto, cum in magiſtratu eſſem commentarios ſuper hac l. cõfeci. quibus fere perfectis, in manibus ſumpſi commentarios quos ille ſcripſit ſuper c. quod ſedem. de offic. ordin. & ex eis multa deprompſi operi meo opportuna. ea præcipue ratione, ne illum debita gloria fraudarem.*

FINIS PRIMI LIBRI.

# CAMILLI PLAVTII

## PÆZONIS IVRECONSVLTI Fontanellatenſis Commentariorum ad l.1.ff. de offic.eius cui mand. eſt iuriſdict.

## LIBER SECVNDVS.

### L.1. Verb. Specialiter.

Vocabulorũ diſputatio ptinacibus eſt relinquenda.nu.1.

Verborum cognitio maxime neceſſaria eſt iuriſconſulto.numero.1.

Significatio inaudita uerbi nõ eſt admittenda. nu.2.etiã ſi magna p̃ſumptio urgeat in contrarium.nu.5.

Incõuenienti dato plura ſequũtur.nume.2.

Error modicus in principio, maximos in progreſſu excitat errores.nume.2.

Specialiter multis modis accipitur.nu.3.6.7.8.9.

Ratio quare ſpecial'r tributa non poſſint mãdari. nu.10.

Neglecta uidẽtur quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur.nume.11.& 12.

Plebiſcito ſpecialiter tributa,mandari non pñt.nu.14.

Plebiſcita pro lege obſeruantur.nume.14.

Imperare ſibi nemo poteſt.nume.15.

Iuriſdictio pretoria mandari poteſt.nume.15.& quare neceſſitas parendi imponitur, qñ aliquid ſpecialiter cõmittitur.nume.15.

Magiſtratus municipales non poſſunt mandare ea, quæ

*ex iuriſdictione p̃toria ſibi ſuerunt delegata. nu. 16.*

*Specialiter tributa mandari nõ poſſunt. ponitur hæc concluſio. nu. 17. quæ ampliatur 10. modis. ibid. limitatur 12. modis, nu. 18. uſq; ad nume. 22.*

*Specialiter cõmiſſa in reſcriptis mandari poſſunt. nu. 18.*

*Iuriſdictio baronũ q̃ ſpãliter cõpetit mãdari põt. nu. 18.*

*Iuriſdictio ex edictis, & proclamationibus gubernatorũ mãdari poteſt. nume. 18.*

*Nicol. bellon. p̃ceptor. nume. 18.*

*Specialiter tributa, ut mandari nõ poßint oportet q; de nouo fuerint per legem introducta. nu. 19.*

*Neceſsitas ſuſcipiẽde cognitiõis nõ ſemp ĩponitur. nu. 19*

*Subrogatũ ſapit naturã eius cui ſubrogatur. nu. 19. in fi.*

*Reſponſis prudentum ſpecialiter enumerata mandari poſſunt. numero. 20.*

*Spãlr cõmiſſa de iure canonico an mãdari poſsit. nu. 21.*

1 LICET ſoleat dici, q. uocabulorũ diſputatio pertinacibus ſit relinquẽda: ut per glo. et doct. in rub. ff. ſolut. matr. et laſ. in. §. ſic itaq;. inſt. de action. tamẽ illud intelligendum eſt de inutilibus uocabulis, hoc eſt cum diſputatur ſup uocabulis, quorũ notitia uno mõ magis quàm alio, p̃futura nõ eſt. At in cæteris nemo dubitat quin maxime neceſſaria ſit iuriſcõſulto uerborum cognitio. l. ſcire leges. ff. de legib. l. labeo. ff. de ſupell. leg. l. non aliter. ff. de leg. 3. Hinc dixit Ang ignominioſum eſſe iuriſperito ignorare propriã uerborum uocem, & prius determinare q̃ terminos intelligere

telligere.hinc etiã ait Ariſt.in 1.elench. q̃ qui uirtutes uocabuolrum ignprant facile decipiuntur, & idem in 1. ethi. ait q̃ niſi nomen ſciens cognitio rei perit: Ideo ait Afflict.in probem.conſtit.regni,col.2.q̃ iuriſperiti ſemper debẽt põderare uocabula,quod labeonem feciſſe ſcribit Gell.lib.3.c.10.ubi ait q̃ Antiſtius labeo latinarũ uocum origines rationesq́; percalluit:eaq́; p̃cipue ſcientia ad enodãdos plerosq́; iuris ciuilis laqueos utebatur. qđ adeo neceſſariũ putauit And.Tiraq.in tract.de nobilit. c.31.fol.438.ut crediderit neminem iuriſcõſultum euadere poſſe niſi eum qui pure,& latine loqui ſciat,quã rẽ etiam plurimum cõmendat Ioã.Neuiz.in ſua ſlua nupt.
2 fol.39.col.2.Ideo ſummopere laborãdum puto,in hac materia ut uerba legum ad unguem cognita & p̃cepta habeamus,et fide interp̃temur. et generalr̃ in hac materia dãda eſt oĩno opera,ne patiamur ullo mõ uerba pperam interp̃tari,nec ad inauditas,ac latinis auctoribus, ueteribusq́; iurecõſultis ignotas ſignificationes trahi.p tex. in.d.l.labeo.ff.de ſup.leg. & per alia ſupra alleg. maxime aũt hoc obſeruãdũ eſt in his,in quibus cardo rei uertitur.alioqui.n.in maximos errores prolaberemur. q̃a dato ſeu admiſſo uno incõuenienti multa ſequũtur, ut in auth.ut iud.ſine quoquo ſuff.§.an certe,et l.ratas.C.de reſcin.uẽd.et tradit Barb.in c.edoceri.col.4.de reſcrip. et in c.cũ ueniſſent.col.fi.nu.58.de iud. ẽt ſi ſit modicus error. nam in principijs paruus, maximos in progreſſu excitat errores:ut dixi ſupra in præfationib.num.8.ueniamus ergo ad declarationem uerborum, maxime eorũ in quibus totius rei cardo uertitur. & in primis uideamus, quomodo accipi debeat hoc loco uerbũ ſpecialiter.

3 *Hoc uerbum non unam habet ſignificationem, ſed multis modis accipitur: ut per Soc. in hac l. 1. col. 1. primo enim ſpecialiter commiſſum dicitur, quod uni tantum, non autem alijs fuit mandatum. exemplum eſt ſecũdum Soc. in poteſtate animaduertendi in caput ciuis Romani, q̃ poteſtas denegata eſt conſuli, q nihilominus habebat regiã ptãtẽ. l. 2. §. exactis deinde. il ſc&o. ff. de orig. iu. deinde ſpecialiter data eſt quæſtori paricidiorũ. d. l. 2. §. et qa. ut diximus, Itẽ ut ait Soc. poſteaq̃ omnis poteſtas tranſlata eſt in principem, ipſe princeps poteſtatem gladij cõceßit ſoli præfecto urbis, non alteri. l. 1. §. itẽ ſolent. ff. de offic. præfect. urb. ſic etiam ſecundum eum licet præſes & proconſul, & alij qui prouincias regunt habeant gladij poteſtatem ex generali conceſsione. l. illicitas. §. qui uniuerſas. ff. de offic. præſid. tamen dicuntur eã ſpecialiter habere. quẽadmodum habebant magiſtratus Romæ: quorum omnium uice funguntur. l. ſi in aliquam, in fi. ff. de offic. proconſ. Idem eſt in præfecto qui in locum omnium magiſtratuum abſentiũ creari ſolet. l. 2. §. deinde cornelius, uerſ. quoties. ff. de orig. iur. ad hoc facit quod uulgo dici ſolet initium ſpectari ſolere, & ſic qualis fuit res ab initio, talis durat. c. dudum cũ ibi not. de elect. l. clam poſsidere, in princ. ubi Iaſ. not. col. 2. de acqui. poſſeſſ. licet tranſeat in aliam perſonam, quia ſurrogatũ ſapit naturã eius cui ſubrrogatur. l. 1. §. hæc actio. & ibi Bart. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſ. fue. l. ſi eũ qui iniuriarum, & ibi Bart. & Doc. ff. ſi quis cautio. l. unic. §. 1. & ibi Doc. C. de rei uxo. actio. et. §. fuerat. ubi lo. fab. col. fin. & Iaſ. col. 2. inſt. de action. cum ſimilib. Se-
4 cundo modo dicitur ſpecialiter conceſſum eo ipſo qđ eſt*

*aliquid*

aliquid maioribus mandatum ſeu commiſſum, & minori-
bus denegatum. ut tradit glo. in hac. l. 1. in uerb. ſpeciali
ter, quam approbat Bart. Bal. Alex. Soc. Paul. de caſt.
Iaſ. Dec. & cōiter doctores tā antiqui q̄ moderni. in hac
l. 1. ea enī q̄ cā cognitionē exigunt ſcdm eos ſunt infe
rioribus denegata. l. ea quæ. §. 1. ff. ad municipal. l. fin.
C. de pedan. iud. & quæ ſunt inferioribus denegata, di
cuntur maioribus ſpecialiter demandata. ut ait Soc. in
hac. l. 1. num. 3. allegat. tex. in. l. 1. §. ſuſpect. ff. ad tur-
pill. & in l. 4. §. duas. ff. de dam. infect. & ita ſe habet
cōis opinio, ſed ego non ſoleo admittere hūc ſenſum, nec
hanc ſignificationem, ut dixi in præfationibus, num. 19.
5 quia inaudita eſt, & nuſq̄ lecta hæc ſignificatio apud la
tinos authores, nec apud ueteres iuris conſultos, ex quo
ſequitur ueriſſima, & indubitata concluſio, ꝙ qñ uerba
diſpoſitionis nō poſſunt adaptari ad unum ſenſum, nunq̄
debemus illum capere, dato etiam ꝙ magna, & urgens
præſumptio ſuaderet, ꝙ diſponēs illum ſenſum habuerit.
tex. eſt expreſſus. in l. labeo. §. 1. ff. de ſuppell. lega. &
tradit Paul. de caſt. in conſ. 152. incip. in Chriſti nomine
pñs dubiū uidetur formari. uol. 1. in fi. tex. eſt in l. in am
biguo & ibi Paul. de caſt. ff. de reb. dub. Sal. in l. cū ui-
rum. C. de fideicom. & ibi glo. & tradit Bart. in l. non
dubium. C. de legib. col. 2. uerſ. ſecundū dubiū, & Alex.
in conſ. 139. col. 2. nu. 5. uol. 6. Nec refert ꝙ ex poſt ino
leuerit hæc ſignificatio, & per recentiores doctores re-
cepta fuerit, nam attendi debet ſignificatio quæ uigebat
tēpore legis latæ, non quæ poſtea inoleuit. ut dixi ſupra
6 in declarat. lib. 1. nu. 44. Tertio modo poteſt dici ſpe
cialiter, id cuius contrarium eſt generaliter, & ſic id

*quod alicui ultra gñalẽ iuriſdictionẽ magiſtratus ſeu of
ficij ſpecialr̃ et noĩatim cõceſſum eſt, ut ẽ. tex. in l. unic.
in fin. C. ne lice. potentio. & ita accipitur in hac. l. 1. in
prin. q cquid dicãt alij Doc. q quo magis ueritatis lumẽ
aſpiciũt, eo magis illos in tenebris ambulare delectat. et*
7 *hæc ẽ uera & ꝓpria ſignificatio. Specialr̃. n. & gñali
ter sũt cõtraria, Colu. li. 3. de cura eligẽdi malleolũ gña
tim ꝑcipimus, nũc illud ꝓprie ſpecialr̃, ut nõ ſolũ ex fera
ciſsima ſed ẽt e uitis ꝑte feraciſsima ſemina eligãtur, idẽ
ſignificat ſpeciatim, Cicero. in oration. poſt reditũ in ſe
nat. multa de me. C. Meſsinius & amicitiæ, & reipub.
cã dixit, legẽ ſpãtim in initio de ſalute mea ꝓmulgauit.
Idẽ ſignificat noĩatim, Cicero. ad atti. nõ noĩatim ſed gña
tim ꝓſcriptio ẽ informata, ſpãliter. n. dictũ, aut factũ di*
8 *citur illud qđ eſt à gñalitate remotũ, & abſtractũ. l. itẽ
apud. §. hoc edictũ. ff. de iniu. l. uxorẽ. §. feliciſsimo. ff.
de leg. 3. l. 1. §. unde q̃ritur, & . §. dixerit aliqs. ff. de pu
blici. l. ſeruis urbanis. §. fi. ff. de leg. 3. c. q ad agẽdũ. de
ꝓcur. lib. 6. Alex. in cõſ. 44. nu. 3. uol. 4. l. ſed & ſi qs
§. q̃ſitũ. ff. ſi qs caut. l. 1. ĩ fi. ff. ſi qs in ius uoca. nõ ier.
l. ꝑtor ĩ prin. ff. de iud. & ita ſe hẽt cõis opinio ſecundũ
Alex. ĩ cõſ. 163. uol. 7. ut patet ex not. p Doct. ĩ locis al
legatis, & p Dyn. ĩ c. qđ ſemel de reg. iur. in. 6. et cyn.
et alios ĩ l. ſancimus. C. de teſt. & Io. an. c. 1. de exceſſ.
ꝑlat. lib. 6. ĩ nouella. Doc. ĩ c. 1. de cõſt. lib. 6. Doc. max.
Ang. ĩ auth. hoc ĩter liberos. C. de teſt. Bart. in l. oẽs po
puli. ĩ. 3. q̃ſt. prin. ff. de iuſt. et iur. arch. 13. q. 2. c. ultima
Fed. de ſen. in cõſ. 47. ſpec. ĩ tit. de ĩſtr. editio. §. cõpen
dioſe, uerſ. qđ ſi teſtator. et aliud ẽ demõſtrare ſpãliter
aliud gñaliter, ut p Alex. in conſ. 63. nu. 2. et ſpãliter. i.*

*nominatim*

*nominatim ſignificat.l.3. ff.de leg. tut.l.uxorem.§.feliciſsimo.ff.de leg.3.l.ait ꝑtor.§.apud labeonē.ff.de iniur. & ita etiā ibi accipi ait Alber.de roſat.in ſuo uoca*
9 *bul. in uerb. ſpecial'r. Et exponitur, ſpecialiter.i. expreßim.l. negotium.C.de nego geſt.l.fin.& ibi glo.C. eo.l.ſed an ultro.ff.eodem titul.l. procurator tutorum. ff. de procur.l.ſi quis in princip.ff. de legat.3.l.omnes. C.de preſcrip.30. anno. Ita etiam exponit Alciat.in.c. quod ſedem. col. 24.de offic.ordina. nume.70. licet ni*
10 *hil alleget. Si quærimus rōnem quare ſpecialiter tributa mandari nō poßint, dic q licet magiſtratus generaliter dentur, nec nō et officia ad hoc ut pſonaliter exerceantur p ipſos officiales, nō aūt per aliū, ut in auth.ut nulli iudic.§.ad maiorē, et ī authen.ut defunct.ſeu fune. §.illud. & in auth.de tabellion.§.1. nihilominus qa oīa p ſe ipſos expedire non pñt.l.placet,C.de pedan.iudi.cōſuetudine obtentū eſt, ut iuriſdictio mādari poßit, & ſic p aliū expediri: ut hac.l.1.§.q mādatā, et l.more.ff. de iuriſd.om.iud.quaſi nō ſit pciſa neceßitas iniūcta magiſtratibus oīa perſonaliter exequendi.hæc cōſuetudo in iuriſdictione ſola admiſſa eſt, in īperio nō eſt admiſſa.d. §.q mandatā, & ibi latius dicā. Item reſtricta eſt, ut nō habeat locū in iuriſdictione ſpecialiter tributa, qa p hāc ſpecial'r cōmißionē et noīatim factā, uiſum ē iuris interpretibus q neceſsitas ſuſcipiēde cognitiōis īponatur magiſtratibus: & pſonal'r exequēdi. ex quo ſeqtur q mandari non poteſt. hanc rōnem ſentit tex. in l. ſepe, & l. ſeq.ff.de offic.præſid. & ad hoc faciunt ea quæ tradit Felyn.in c.fina.§.fina.nume.1. & numero.2.de offic. delegat. ſolet enim quod ſpecialiter fit magis attendi.*

*hinc dicimus q. magis timetur id quod ſpecialiter iniungitur q̃ quod generaliter imperatur c. ſi aduerſus. de heret. & enixior uoluntas iubentis oſtenditur ex ſpeciali quàm ex generali præcepto, & ea quæ notabiliter*
11 *fiūt, neglecta uidentur, niſi ſpecialiter notentur. l. item apud labeonē. §. hoc edictū. ff. de iniur.* Bal. *in c. ex parte.* M. *col. pen. de appel.* Card. *in cle.* 1. *col.* 10. *uerſ. nos itaq;. de reli. & uen. ſan.* Nicol. *boer. in trac. de poteſt. leg. fol.* 8. *in prin. c.* 2. *quæſt.* 10. N*euiz. in ſilua nuptial. fol.* 178. *col.* 1. Abb. *in c. ſi clerici, nume.* 24. *de iudic. fa*
12 *cit tex. in c. quamuis. de heret. lib.* 6. Et *quæ ſpecialiter notantur melius memoriæ cōmendantur. ut in authen, de hered. & fal. in princ. & magis timetur quod ſingulariter pollicetur.* 23. *diſt. c. quāquam. & ibi glo. in uerb. plus, et plus ualet ſpecialis cautio, quàm generalis. l. ſed & ſi. §. quæſitum. ff. ſi quis cautio, & plus ualet ſpecialis cōfirmatio q̃ generalis. c. bone. de cōfirma. & magis attēditur ſpecialis appellatio quàm generalis c. ſuper eo. de appell. & ſpecialis delegatio quàm generalis. c. ad hoc. de reſcript. & ſpecialis ſubſcriptio quàm generalis. l. diuus.* 1. *reſpon. ff. ad leg. cor. de falſ. & ſpeciale mandatū c.* 1. *et c. paſtoralis. de reſcript. hinc ēt dixit* Abb. *c. unic. nu.* 2. *de ſagitt. q.* Papa *ſpecialiter puinit cōtra ſagittarios, ut homines ſibi magis p̄cauerent, qa quod ſpecialiter iniungitur magis timetur, quàm qđ generalr̄ īperatur. d. c. ſi aduerſus. de heret. & hæc ſufficiant quo ad ſignificationem huius uerbi, et quo ad ra*
13 *tionem regulæ quā tradit hic tex. in prin.* Ait *lex quæcunq; ſpecialiter lege, uel ſenatuſconſulto, uel conſtitutione principis tribuūtur, mādata iuriſdictione, nō tranſ*

*feruntur,*

ferantur. Quid ergo ſi aliqua, non ex lege, nec ex ſenatus conſulto, nec ex cōſtitutione principis, ſed ex plebeſcito ſpecialiter tribuantur, an mandata iuriſdictione tranſibūt. & uidetur ꝙ ſic, quia lex de plebeſcito mentionem nō facit, ideo illud excludit. l. cū prætor in prin. ff. de iudic.

14 Videtur ergo ꝙ ea quæ ex plebiſcito tribuuntur mādari poßint, quia ceſſant uerba legis, igitur ceſſabit ēt diſpoſitio. l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. & ibi Bart. & Alex. cū ſimilib. dic ꝙ iſte ē caſus omiſſus, & cū eadem ratio ſit in plebiſcito, quæ in lege, idem ius obſeruabitur. l. illud. ff. ad. L. acquil. cum concordan. ibi in glo. nam plebiſcita pro lege obſeruabātur, et habebāt uim legis. l. 2. §. deinde cū eſſet. ff. de orig. iur. & ſic cū hæc à lege parificētur, de uno ad aliud ualebit argumentū, p ea q̄ tradit Alex. ī cōſ. 207. uol. 6. Sed quare nō ſic eſt in edictis magiſtratuū? cum & ipſa habeant iuris auctoritatē. §. prætorū. inſt. de iure natu. gen. et ciuil. dic ꝙ ceſſat rō, quæ eſt in lege & plebiſcito, & alijs ſu

15 pradictis, q̄a illis parendū eſt. l. 1. ff. de legibus, p edicta aūt nemo ſibi ipſi īperat. l. pen. ff. de arbit. & nemo ſibi legē imponit à qua nō poßit recedere. l. ſi q̄s in prīcipio ff. de leg. 3. & ibi glo. ideo dicimus ꝙ princeps ſolutus ē legibus. l. princeps. ff. de legib. quas ēt facit alter par. l. nā & magiſtratus. ff. de arbit. Ideo licet in edicto ſuo dicat p̄tor iudiciū dabo, animaduertam. aut q̄d aliud ſile, p quod de ſeipſo loq uidetur, & p q̄d uideatur policeri ꝙ ipſe id faciet, tn̄ non ligatur q̄n per aliū poßit expedire. d. l. pen. idem dico de alijs paribus magiſtratibus, aut maioribus q̄bus legē imponere non pōt. l. nā et magiſtratus. ff. de arbit. & p hæc apparet ꝙ poterit mandari oīs

iuriſdictio pretoria, tam ab ipſo pretore, quàm ab aliјs paribus, aut ſuperioribus, qui iuriſdictionem talē habent. quia non poſſumus dicere, quòd ſibi ipſi neceſſitatem impoſuerit ſuſcipiēde cognitionis. quod ſecus eſt in lege, ac ſenatusconſulto, ac conſtitutione principis, quæ hanc neceſſitatem ſolent imponere, l. ſæpe, & l. ſeq. ff. de offic. preſid. Iubent enim leges. l. ſi quis inter. §. 1 ff. de excuſat. tut. & earum uirtus eſt imperare, l. legis. ff. de l. g. & eis obediendum eſt, l. 2. eod. titul. et ideo qnando imponunt neceſſitatem perſonaliter exercendi iuriſdictionem, obediendum eſt, d. l. ſæpe. tunc autem intelliguntur imponere hanc neceſſitatem, quādo aliquid tribuunt ſpecialiter, ut hac l. 1. in princ. Ex his ſequitur quòd magiſtratus municipales quibus à pretore data eſt poteſtas in cauſa damni infecti. l. 1. & l. 4. §. duas. ff. de damn. infect. non poterunt id mandare, quia ipſis hoc ſpecialiter iniūctum eſt, quibus pretor imperare poteſt. inſtit. de attilia. tut. §. ſed hoc iure, et l. lucius. ff. de admi. tut. & ſic poteſt illis iniungere neceſſitatem ſuſcipiende cognitionis. quod facere uidetur delegando eis ſeu cōmittendo ſpecialiter, argumento huius legis in princ. prout
26 etiam diximus de plebiſcito. Concluſio eſt itaq; q̄ ea quæ lege uel ſenatuscōſulto, uel conſtitutione principis, ſpecialiter & nominatim tribuuntur, mandari non poſſunt, ut hic ait text. Amplia procedere, etiam ſi cauſa quæ ſpecialiter cōmittitur ſit leuis, ut dixi ſupra lib. 1. in declarat. nu. 116. 119. Amplia p̄cedere etiā ſi magiſtratus ille cui aliquid ſpecialiter cōmittitur, ſit minimus, ut dixi ſupra lib. 1. in declarat. nu. 121. & in p̄fat. nu. 31. Amplia procedere etiam ſi ſit occupatus publi-

cis negocijs, l. placet. C. de pedan. iu licib. & ita ſe habet cōis opinio, et dicam infr. lib. 3. in uerſ. non aliter nu. 53. Amplia procedere, etiā ſi habeat iuriſdictionem ordinariam, & à lege, dūmodo ſpecialiter datam, ut hac l. 1. Amplia procedere, etiam in caſu aduerſe ualetudinis, ut probat tex. in hac l. 1. in uerſ. non aliter. itaq; & ibi dicam lib. 3. nu. 34. quicquid dicant doct. qui communiter tenent contrarium. Amplia procedere etiam de iure canonico, nam etiam hoc iure ea in quibus electa eſt induſtria perſone non delegantur, c. fin. et ibi doct. de offi. deleg. quod tamen reſtringitur, ut dicam infra in ſexta limitatione. Amplia procedere etiam ſi ex plebiſcito, aliquid ſpecialiter tribuat, ut dixi ſupra eod. nu. 13. Amplia procedere ſiue fiat generalis commiſſio ſiue ſpecialis. nam nullo caſu hæc traſferuntur, infr. uerſ. mandata iuriſdictione, nume. 1. eod. lib. Amplia procedere in aliena iuriſdictione ſiue ſit ſpecialiter data, ſiue generaliter. nullo enim caſu mandari poteſt. l. more. ff. de iuriſd. om. iudic. l. fin. infra hoc titulo. Amplia procedere, in mero imperio, hoc enim mandari non poteſt, l. nemo poteſt ff. de reg. iur. l. ſolent. ff. de offic. proconſ.
17 & hac l. 1. §. fin. & ibi dicam lib. 4. Et ex his uides q. ea quæ mandari non poſſunt reducuntur ad paucas concluſiones. Prima eſt q. ea quæ ſpecialiter tributa ſunt, lege, uel ſenatusconſulto, uel conſtitutione principis mandari non poſſunt, ut hac l. 1. in principio. Secunda eſt quòd ea in quibus electa eſt induſtria perſone mandari non poſſunt, c. fin. & ibi doctor. de offic. delegat. Tertia quòd iuriſdictio aliena mandari non poteſt. l. more. ff. de iuriſd. om. iudic. l. fin. infra hoc titulo.

*Quarta eſt quòd merum imperium mandari non poteſt. l.nemo poteſt.ff.de regul.iur.* Redeundo ad *concluſionem propoſitam limita eam multis modis.*

18 *Limitatur primo nõ ꝑcedere in reſcript.ad lites l.ſæpe. & l.ſeq.ff.de offic. preſid. quia ex huiuſmodi reſcriptis nõ fit noua deciſio, ſed fiũt reſcripta ad iuris obſeruãtiã. l.falſo, et ibi doct.C.de diuerſ.reſcript. & ideo ſeruatur ius cõe, hoc eſt ſi cauſa delegabilis ẽ, delegabitur, alioqui cõtra.* Scd'o *limita nõ procedere in ꝓclamationibus et edictis comitũ, et* Marchionũ, *et aliorum huiuſmodi qui equiperantur prætori, & eorum edicta ſunt inſtar iuris prætorij: ut per* Bart. *in l.quinta, col.2.et ibi doct.ff.de uerb.oblig. & per* Iaſ. *in §. ſed iſte,* Inſt. *de action.* H*æ enim poterunt delegari, ſicut facit pretor ea quæ ex edicto ſuo dependent.l.1. & l.4.§.duas.ff.de dam.infect. etiam ſi ſequamur opinionẽ illorum, qui exiſtimãt hos barones, hodie, cum ſint ꝑpetui, potius condere ius ciuile, ꝙ pretorium, ut p* Math *in notab.189. et* Bal. *in l.recepti cia.col.1.C.de conſtit. pecun. &* Bello. *in tract. de offi. cius.nu.47.licet ipſi quo ad delegationem cõtra ſentiãt, ſed ignoſcat mihi preceptor, alioqui doctiſſimus, poteſtas mandandi iuriſdictionem nõ dependet ex eo, an quis habeat perpetuam iuriſdictionem, an temporalem, ſed inſpicimus tm̃, an qui uult mandare habeat iuriſdictionem ſuo iure, an alieno beneficio.l.more.ff.de iur.om.iudic. & ideo nemo dixerit magiſtratus municipales quibus delegata eſt cauſa damni infecti.ut l.1.& l.4.§.duas.ff.de dam.infect.poſſe hodie ſubdelegare, licet edictum p̃toris hodie ſit perpetuũ.l.2.ff.de ſta.hom. & ibi* Bud. *in annotat.priorib.in pãdect.* Tertio *limita nõ ꝑcedere in edi*

*ctis*

ctis & proclamationibus, quæ hodie fiunt per pretores, & gubernatores ciuitatum, puta ſuper blasfemijs, & portationibus armorum, & euntibus nocturnō tempore ſine lumine, & ſimilibus. hæc enim eſt propria eorum iuriſdictio inſt. de perpetu. & tempo. action. in princ. Ideo hæc transferuntur mādata iuriſdictione per ipſos pretores et gubernatores, hi. n. ſunt inſtar p̄ſidum prouinciarum, cum hodie plereq; ciuitates habeāt merum imperiū poſt pacem cōſtātię, et ex conſuetudine, ut eſt tex. in d. auth. de pace conſt. §. nos romanorū, et ibi glo. in. uerb. criminalibus. et Alex. in hac rub. nu. 18. et dicā inf. eod.
19 uerſ. iure magiſtratus. nu. 7. Quarto limita procedere dūmodo aliquid noui ſtatuatur ſuper re ipſa, & ſuper facto ipſo, ſeu negotio ipſo, quod committitur, tunc. n. ſi talis cognitio alicui ſpāliter tribuatur, habet locum hæc regula, ſecus ſi cōmiſsio tm̄ ſit noua, diſpoſitio aūt ſuper ipſa re, ſit uetus. Et iō ſi nouus magiſtratus erigeretur, cui cōmitteretur iuriſdictio pretoria, uel etiā aliquid ex dicta iuriſdictione in ſpecie, puto ꝙ illud mandari poſſet, ſicut antea poterat, & per hæc puto ꝙ defenſores ciuitatum, quibus in multis nominatim data eſt iuriſdictio, ut in. §. audiēt. in auth. de defenſ. poterūt delegare, ea, quæ ante hanc cōmiſsionem erāt delegabilia. Idem dico de p̄fecto urbis, in cuius iuriſdictione multa ſpāliter enumerātur. l. 1. ff. de of p̄fect. urbis. et hoc innuit tex. in l. et gn̄aliter. ff. de of. p̄ſid. ibi. n. prīceps ſpecialr̄ remittit negotium p̄ſidi, tn̄ per hoc nō imponitur ei neceſsitas ſuſcipiēde cognitionis, ſed exiſtimabit utrū ipſe cognoſcat, an iudicem dare debeat. Vetera. n. negotia ſiue ſpecialr̄ ſiue gn̄aliter alicui cōmittantur, non mutāt naturā, ſed eius

*ſunt quãtitatis cuius erãt antea, ſolet. n. attẽdi initiũ rei q̃le fuerit, c. dudũ. cũ ibi not. de electio. l. clam poßidere, ĩ prin. ubi laſ. not. col. 2. ff. de acq. poſſeſſ. late Cognoll. ĩ l. 1. n. 30. ff. de orig. iur. ideo dicemus ẽ cõuerſo q cognitio meri ĩperij lege data, & cuiuslibet alterius cohertionis, à p̃ſide ſeu ꝓcõſule mãdari nõ poterit. l. ſolent. ff. de offi. ꝓcõſ. et hac l. 1. ex quo antea delegari nõ poterat. l. nemo põt. ff. de reg. iur. licet gñal'r nõ ĩ ſpẽ data ſit hæc poteſtas p̃ſidi, et ꝓcõſuli. l. illicitas. §. q uniuerſas. ff. de offi. p̃ſid. ꝓut ẽt in p̃fecto urbis factũ eſt. l. 1. §. in initio. ff. de offi. p̃fect. urb. qđ et de defenſoribus dicẽdũ puto. §. audiẽt. ĩ auth. de defen. ciuit. noui. n. magiſtratus, ſeu hi qbus nouiter ſit hæc cõmißio, ĩ ius & locũ ueterũ magiſtratũ ſuccedũt. & ſic eadẽ ptãte, & facultate ius dicũt, qua alij faciebãt. l. ſed licet, ibi, oĩum romæ magiſtratuũ uice et offõ fungi. ff. de off. p̃ſi. et l. ſi ĩ aliquã. §. fi. ff. de offi. ꝓcõſ ꝑ quo facit id, qđ uulgo dicimus, q ſubrogatus ſapit naturã eius cuius in locũ ſubrogatur. l. 1. §. hæc actio et ibi Bar. ff. ſi qs teſt. lib. eẽ ius fue. l. ſi eũ. §. q iniuriarũ, & ibi Bart. Bal. Ang. & Doct. ff. ſi qs cautio late eucrard. in lib. cui. tit. ẽ cẽtũ modi argum. loco. 93. latiſsime Tiraquel. ĩ tract. de retract. §. 1. glo. 10. fo. 246. nu. 80. & fol. 249. nu. 87. & Marſil. in ſing. 255. incip. ſubrogatus. Qũinto limita ẽt nõ procedere in reſponſis & interpretationibus iuriſconſultorũ: nã licet*
20 *in aliquo rñſo ſpecialiter cõtineatur aliqđ ad iuriſdictionẽ ſeu officiũ alicuius ptinere, ꝑ hoc tñ nõ eſt dicendũ, q id ſpecial'r fuerit tributũ: niſi adijciat ĩterpres q lege uel ſenatus cõſulto, uel prĩcipis cõſtitutione tributũ ẽ. ꝑut facit. ĩ l. 1. ĩ prin. ff. de trãſact. & ĩ hac l. 1. uerſ. &*

ideo

83 Ampliatur hæc regula multis modis. Primo ut pcedat etiãſi ptes cõſentiãt delegationi factæ, ab eo cui mãdata eſt iuriſdictio, ita tradit Innoc. in c. cum Bertoldus, de re iud. et ibi Bal. col. 4. et Ant. de bu. col. 12. et ſpec. ĩ ti. de iud. deleg. §. 1. uerſ. ſed nũqd, et pbat Iaſ. in d. l. à iudice. col. 2. cõtra uidetur tex. ĩ c. fi. §. is aũt, de of. dele. ibi dũ mõ ptes cõſentiãt, ubi cãæ indelegabiles pñt ſubdelegari ptibus cõſentiẽtibus, q tex. loqtur de delegato, et ſic de eo q nõ hẽt ppriã iuriſdictionẽ. Item loqtur de eo q uult ſubdelegare ĩ caſu, quo nõ põt regulariter, tñ dicit q ptI bus cõſentiẽtibus põt, rñderi poſſet iſtud pcedere de iure canonico, ſcd̃m qd̃ materia delegationũ hẽt laxiores habenas, ut tradũt doc. ĩ c. qd̃ ſedes de of. or. de iure ciu. poterit ſuſtineri hæc ãpliatio cõiter recepta et approbata.

uel dic potius, q. delegatus ille, de quo loquitur tex. in d. c. fin. habet iuriſdictionem, quia eſt delegatus principis, uel legis, l. et quia. ff. de iur. om. iud. tamen habet delegatam, & ſic ſpecialiter commiſſam, ideo ſubdelegare non poteſt, ut hac l. 1. in princ. cur ergo partibus conſentientibus hoc poteſt? cum innuat contrarium text. noſter, in uerſ. non aliter itaq;. forte dici poteſt, quòd tex. noſter loquitur de commißione ſpeciali, & noua, quæ fit à lege, uel conſtitutione principis, ſecus uidetur, ſi ex reſcripto principis ſpecialiter iniungatur, quòd perſonaliter exerceat, nam hoc caſu ceſſat diſpoſitio, de qua in hac l. 1. in princ. & tunc militat diſpoſitio, de qua in l. ſæpe, & l. ſeq. ff. de offic. præſid. & ſic tex. in d. c. fin. eſt declaratorius diſpoſitionis, de qua in l. ſæpe, & loquitur de cauſis delegabilibus, & uult tex. quòd quando ſimiles cauſæ delegabiles, alicui cõmittuntur à principe, per reſcriptum, ſi ex uerbis reſcripti appareat, quòd uult illas perſonaliter explicari, nõ poterit iudex datus, alterũ iudicẽ dare, niſi partes conſentiant, ſi uero cauſæ ſint de ſui natura indelegabiles, tũc etiam partibus conſentientibus, non poteſt iudex datus ſubdelegare, ut d. c. fin. §. fin. & ita etiam de iure canonico ſuſtinetur hæc ampliatio, declarata ut ſupra, ut ſcilicet mandari non poßit iuriſdictio, etiam partibus conſentientibus, ſiue de iure ciuili, ſiue de iure canonico loquamur, iudicem autem dare poterit in cauſis delegabilibus, etiam ſi expreſſum fuerit in reſcripto, q. perſonaliter exequatur, dummodo partes conſentiant, in cauſis autem indelegabilibus partium conſenſus nihil operabitur, & puto q. in hoc concordet ius ciuile cum canonico, et hæc intellige procedere in dele-

gato

gato legis, ac principis, ſecus in delegato ab alio iudice, quia hic nullo modo poterit ſubdelegare, etiam ſi partes conſentiant. d. l. à iudice, & hæc diligenter nota, quia nō
84 inuenies apud aliquem ita declarata. Secundo amplia hanc concluſionem, ut procedat etiam in caſibus, in quibus alias mandari poteſt iuriſdictio indelegabilis, ab eo qui proprio iure eam habet, puta quando quis profecturus eſt, quo caſu etiam cognitio meri imperij mādari poteſt, ut hac l. 1. uerſ. huius rei, & uerſ. non aliter, & ibi omnes doct. tradunt, tamen hoc caſu, is qui mandatam habet iuriſdictionem alteri mandare ſeu ſubdelegare nō poterit, ita tenet notab. Bart. in l. legatus circa fin. ff. de offic. pconſ. & probat Iaſ. in d. l. à iudice, col. 2. C. de iud. quod uerum eſt, in eo qui habet mandatam iuriſdictionē, per tex. in l. fin. hoc titulo, & d. l. more. ſecus uidetur in iudice dato à lege, uel cōſtitutione principis, ita loquitur tex. noſter, in hac l. 1. in uerſ. huius rei, nam hic agitur ſine dubio, de eo qui habet iuriſdictionem delegatam à lege, uerſ. & ideo, in uerb. delegatam. Item procedit quo ad mandandam iuriſdictionem, nō aūt quo ad dandū iudicem, quia in caſu profectionis iudex dari poterit, ab eo ſcilicet qui aliter habet hanc poteſtatem, d. l. à iudice.
85 Tertio amplia procedere, etiam ſi in iſto delegato cōcurreret aliquid poteſtatis date à principe, ut patet in cap. ſuper quæſtionum, in d. §. ſi uero. in principio. & ibi Felyn. not. de offic. delegat. Quarto amplia, procedere etiam ſi hic delegatus datus fuerit ex iuſſu principis, etiam iudicem ipſum nominatim declarantis, nam ille iudex ſic datus cenſetur datus non a principe, ſed ab eo, à quo datur, l. fi. ff. quis & à quo appellat. licet doct.

contrarium cõmuniter ſentiant & male.ut inf. col. nu. 104. Quinto amplia concluſionem iſtam ut procedat etiam poſt litem cõteſtatam.ut not.gloſ.in c.1. in uerb. procurator.de procur.lib.6. & ibi Franch. col.2.nũ. 6.uerſi.in ea glo.in fi.tex.eſt & ibi gloſ. in c.cum cau ſam.in uerb.delegatus.de appella. & glo.in c.cũ bertol dus.in uerb.cõmittentibus.de ſent.& re iudi. & Fely. in c.ſuper queſtionũ.col.fi.uerſi.ult. fallit, de offi.dele ga.ubi ait ita ſe habere cõmunem opinionem.& Iaſ. in d.l. à iudice.col.2.& Doct.cõiter in l.more. ff. de iur. om.iud.contrariũ tenet glo.in l.legatus.ff.de offi.pro conſ.& glo.in l.& quia.in uerb.nec ipſa lex.in fi.ff.de iuriſd.om.iud.& glo.in l.fin.in uerb.non habent.C.ubi & apud quem.Sed cõiter reprobãtur, ut ait Fel.in d.c.
86 ſuper qõnum.§.ſi uero.col.fi. uerſi. ulti.fallit. Sexto amplia procedere etiam in delegato à iure p̃torio, ideo magiſtratus municipales non poterunt delegare iuriſdictionem ſibi delegatam à prætore, in l.1.& l.4.§.duas. ff.de dam.infec. & de hoc eſt cõmunis opinio, ut p Bar to.in l.4.§.ſi intra.ff.de dam.infect. & ibi Roma. & Imol.dicunt illud dictum eſſe ſingulare, & communiter ſequũtur doct. ut per Alex. in d.l.more. & Iaſ.in d.l. à iudice.& Dec.in c.cæterum.in fi.primi not. de iud. et Bello.in trac.de offi.eius. nume.45.quod etiam procedere aiunt. in delegato ex conſtitutionibus baronum uide Bellon.ubi ſupra, numero 46. Septimo amplia procedere etiam in delegato à lege, ut eſt exemplum in hac l.1.in princip.& in uerſi. & ideo, quicquid dicãt alij docto. qui tenent contrarium, dum putant quòd equi paretur delegato principis.alleg.text. in c.ab arbitris.

de offi.

*de offic.deleg.lib.6. & Io.and.in c.ad abolendam.de he ret. & Alex.in l.more.ff.de iuriſd.om.iudi. Bellon.in tract.de offi.eius,nume.45. & propterea poßit delega re.ut per Alex.in d.l.more per l.à iudice.C.de iudi. & Bar.in d.l.4.§.ſi intra.ff.de dam.infec. & ibi Roma. & Imol. & Iaſ.in d.l. à iudice. & Dec.in c.ceterum.in fi.primi not.de iudi.ſuper quo uide quæ dixi inf. eo.nu. 101.102. & 103.* O*ctauo amplia cõcluſionẽ hanc ut non ſolũ iuriſdictionẽ, mandare nõ poßit, ſed nec iudicẽ dare poterit, d.l.à iudice.C.de iudi. & ibi doc.qui tamẽ confundũt utrũq; caſum, q̃ ampliatio procedit in eo, qui eſt iudex datus ab magiſtratu aliquo ſecus in eo, qui datus eſt, à principe, d.l. à iudice. Idem puto in delegato à lege, ita procedat id quod tradit Alex.ĩ d.l.more. col. 9.ff.de iuriſ.om.iud. & in hac l.1.in 3.not. & in l.1.ff. de dam.infec. & Bar.in l.4.§.ſi intra.eo.ti. & ibi Roma. & Imol. & Iaſ.in d.l. à iudice. & Dec.in c.ceterũ in 1.not.in fi.de iudi. & cõiter doc.ut per Alex. in locis alleg.quia equiparatur delegato principis.c.ab arbitris.de offi.deleg.lib.6.et p Io.and.in c.ad abolendã. de heret.et Alex.in d.l.more. & Bellon.in tract. de offic. eius nu.45.de quo delegato principis faciemus cõcluſio-*
87 *nẽ ſeparatã, inf.eo. nu.120.* L*imitatur hæc concluſio multis modis. Primo ut non procedat in delegato principis.tex.eſt in d.l. à iudice, C.de iudi. & ibi tradunt cõmuniter doc.et tradit Alex.in hac l.1.nu.19. Sed hæc limitatio facit per ſe unam concluſionem quæ recipit multas reſtrictiones, ideo de hac ſeparatim tractabo, infra eo.nu. 120.cũ mul. ſeq.* S*ecũdo limita nõ pcedere hanc*
88 *cõcluſionẽ in legato prõcõſulis, ipſe.n.ſubdelegare põtt ut inquit glo.in l.à iudice.C.de indi.in uerb. non habet.*

*& eſt tex. in l. legatus. ff. de offic. proconſ. & in l. cum ꝑtor. §. 1. ff. de iudi. glo. ibi putat ſpeciale eſſe, & meo iudicio recte loquitur, nam lex ipſa hoc exprimit, regula eſt. n. ꝙ iudicis dãdi licẽtia nemini cõpetit niſi ei, cui lex hoc noĩatim dederit, uł ſenatuſcõſultũ, uel cõſtitutio prĩcipis. deinde ſubdens exempla legis proponit legatum. d. l. cũ ꝑtor. §. 1. & ſic nemo dubitare poteſt quin lex hoc nominatim & ſpecialiter dederit legato.* Bar. *tñ in d. l. à iudice. rationẽ aßignat, quia inquit eſt delegatus de cõſcientia legis, fit enim titulus ſpecialis de eo. l. 1. ff. de offic. proconſ. & legat. quod non fit de alijs, quibus mã data eſt iuriſdictio, & habet etiam alia ſpecialia. ut ait gloſ. in d. l. à iudice. quæ ratio placet* Iaſ. *in d. l. à iudice. &* Fely. *in c. ſuper queſtionum. §. ſi uero. col. penul.* Si *attendimus hanc rationem, omnes omnino quibus mãdata eſt iuriſdictio habebũt ius dandi iudicem, quia nemo dubitat ꝙ omnis mãdata iuriſdictio, de cõſciẽtia. i. de cõſenſu legis, emanat. ut eſt tex. in l. & quia. ff. de iuriſdi. om. iud. tamẽ iſta ratio nõ eſt bona, quia oporteret ꝓbare, ꝙ ea quæ fiunt de cõſcientia legis, habeãt hanc ꝓrogatiuam, qđ nullibi probatur, ergo ratio nõ ſatisfacit. l. illam. cum ibi cumulat. per* Iaſ. *C. de collation.* Secunda *rõ de qua etiam meminit* Fely. *in d. §. ſuper qõnum, ea eſt, quia maioris eſt auctoritatis, q̃ alij, patet, quia reuocari nõ poteſt principe incõſulto. l. ſolent. §. 1. ff. de offi. proconſ. ſecus eſt in alijs. l. iudicium. ff. de iudi. oportet ꝓbare ꝙ hmõi auctoritas & poteſtas haberet hanc ꝓrogatiuam, quod nullibi probatur. ergo ratio nõ ſatisfacit, ꝑtere non caret ſcrupulo, qđ dicitur alios delegatos poſſe*
89 *reuocari incõſulto principe, ut poſtea oſtendam.* Alia

ratio eſt, quia proconſul in ſua prouincia eſt inſtar prin cipis. l. nec quicquã. ff. de offi. procon. ergo & c. hæc rõ militat etiam in præſide. l. omnia. ff. de offi. p̃ſi. & in p̃fe cto urbis. l. 1. in prin. & §. in initio. ff. de offi. p̃fec. urb. Ideo par iuris effectus in omnibus eſſe debet, qđ negant doct. Saly. dicit in d. l. à iudice. hoc ideo ſtatutum fuiſſe, quia legatus proconſulis, dicitur delegatus ad uniuerſitatem cauſarũ, l. obſeruare. §. fi. & l. ſeq. ff. de offi. pro conſ. & hoc modo non erit ſpeciale in legato proconſulis. d. l. cum p̃tor. §. 1. quod reprobat Alexã. in l. more. col. 2. ff. de iuriſd. om. iud. licet poſtea ibid. col. 10. mutet ſententiã. Et idem tenet Iaſ. in d. l. à iudice. col. 2. & eſt cõis ſentẽtia. Subdit Iaſ. ꝙ ſi cauſa una ſpecialr̃ cõmitteretur legato à proconſule, legatus non poſſet eam ſubde legare, quod ẽt tenet glo. & Bart. in d. l. legatus. ff. de offic. proconſ. & glo. in c. ſuper quæſtionum. §. ſi uero. in uerb. delegare. de offic. deleg. Sal. & Iaſ. in d. l. à iudice glo. in d. l. cum p̃tor. §. 1. & Fulgo. in. d. l. more, & ita ſe habet cõis opinio, & uera eſt. p tex. in d. l. cũ prætor. §. 1. ubi cũ ait datam poteſtatẽ dandi iudicẽ, his quibus mandata eſt iuriſdictio, exemplificãdo reſtringit regulam ad eos, quibus tota iuriſdictio mandata eſt, ibi, hi quoq; quibus mandata eſt iuriſdictio iudicem dare poſſunt, ut ſunt legati proconſulũ, & ſic oportet ꝙ ſint tales quales ſunt legati, alioqui non poterunt iudicẽ dare, ut innuit ille tex. Tu dic ꝙ iuriſdictionẽ mandare nullo modo poterit, per tex. in l. fi. inf. hoc titulo, & in l. more. ff. de iuriſd. om. iud. & hoc ſine dubio uerum eſt in iuriſdictione generali ſibi mandata à proconſule, ſed an erit idem in his quæ ſibi ex lege ipſa competunt; ut ſunt

poteſtas dandi tutorem.l.1.ff.de tuto. & curat.dat.ab his.l.penul.ff.de offic.procōſ.& ibi glo.& iudicis dandi poteſtas.l.legatus. eodem titulo.l. cum prætor.§.1. ff.de iudic.& poteſtas mulctandi.l.2.ff. quis & à quo & l.1. C. de offic.proconſ. hæc enim habent iure proprio, & ex lege, ut innuit tex. in l. legati.ff. eodem titulo, dic quòd idem erit etiam his caſibus, ſcilicet quòd mandare non poterit, quia militat ratio de qua in hac l.1.in principio, hæc tñ in caſu profectionis poterit mã dare, ut hac.l.1.uerſic.huius rei.item iudicem dare poterit hic legatus, etiam in his, in quibus ſibi mandata eſt iuriſdictio, quia hoc habet ex lege.d.l. cum prætor §.1.ff. de iudic. & hoc caſu procedit hæc limitatio,

90 quam tamen non ita declarant Docto. Tertio limita generaliter in oĩbus qui habent iuriſdictionẽ, mandatam ex conſciẽtia legis, hæc.n.eſt ratio quã allegat glo.in.l. legatus.ff.de offic.proconſ. & Pet.Cyn. & Bart. & Alex.in d.l.à iudice, & Alex.in d.l.more, quare legatus proconſulis habeat poteſtatẽ dandi iudicem, quæ rõ cum ſit generalior dicto debet cõprehendere alios caſus in qbus militat eadẽ ratio.l.regula.§.fi.et ibi not. Bar. & Bal.ff.de iur.& facti igno.l.2.§.ſi mater. in uerſ. quod ſi curatores, et in uerſ.qđ ſi deceſſerint.ff.ad Tertulli.l.nomen debitoris.§.fi ff.de leg.3. cum ſimilib.tñ quia ego non admitto hanc rõnem, ut dixi non ꝓbo hanc limitationem. Et eſt aduertendũ ꝙ iſta uerba ex cõſcientia legis in hoc caſu nihil aliud important, niſi ꝙ ex conſenſu legis et ex cõfirmatione legis habet iuriſdictionẽ, ut habet legatus de quo exemplũ proponitur, tñ non habet immediate à lege ſed à ꝓconſule.l.legat.ff.de offic. proconſ.

proconſ. ſed clarũ eſt q; oẽs, quibus mandata eſt iuriſdictio, habẽt iuriſdictionẽ ex conſenſu & ex cõfirmatione legis, ut eſt tex. in l. et quia. ff. de iur. om. iud. ex hoc ſequitur q; admiſſa hac limitatione, oẽs oĩno quibus mandata eſt iuriſdictio eã ſubmãdare poterũt, et ſic fruſtra facta eſt. l. fin. inf. hoc titulo, nõ eſt igitur uera hæc limi
91 tatio, niſi prout dicam inf. in. 5. limitatione. Quarto limita nõ procedere in delegato legati de latere, hic enim poterit ſubdelegare, ut p Alex. in l. more col. 2. nu. 7. ff. de iur. om. iud. idem tenet Bal. & Iaſ. in d. l. à iudice, et Ang. in d. l. cum ꝑtor. ff. de iudi. & abb. in c. cũ Bertoldus. de re iud. ant. de but. et Fel. in c. ſup quæſtionũ. col. pen. uerſ. ſecũdo fallit, & Frãch. in c. cũ cauſam. q. 8. de appell. & ita ſe hẽt cõis opinio, et ita in facto obſeruari uidit Alber. in d. l. à iudice. Rõ eſt quia legatus de latere equiperatur ꝓconſuli c. 2. de offic. leg. lib. 6. ſpec. in titulo de legat. §. 4. uerſ. facit. Secunda rõ eſt quia in prouincia maior eſt oĩbus poſt principem c. ſi abbatem, de electio. lib. 6. Fel. in d. c. ſup quæſtionum. §. ſi uero, nu. 16. in fi. de offic. deleg. Tertia rõ eſt q a legatus equiperatur profecto ꝑtorio, ut inquit glo. in l. 1. ff. de offic. ꝑfect. præto. Frãch. in d. c. cũ cauſam, Fel. in d. c. ſuper
92 quæſtionũ. Cõtra hanc limitationẽ tenet Io. an. Anch. & Gemin. in d. c. 2. de offi. deleg. lib. 6. et Roma. in d. l. more, & hoc putat uerius Alb. ĩ d. l. à iudice. tñ Fel ſuſtinet eãdem opĩonẽ. p tex. ĩ d. c. cũ Bertoldus, et meo iuditio pro cõi opinione ẽ tex. ĩeuitabilis ĩ. d. l. cũ ꝑtor. §. 1. ff. de iudi. ubi gñalr loqtur de oĩbus qbus mãdata ẽ iuriſdictio, talis, qualis legato ꝓconſulis mãdari ſolet. Hanc limitationẽ cõi ſuffragio cõprobatã, reſtringe nõ ꝓcedere

*in delegato ſimplicis legati. ſed oportet q̃ ſic delegatus à legato de latere, alioqui iudicem dare nõ poterit, ita tenet* Franch. *in d. c. cum cauſam. de app. &* probat Fel. *in d. c. ſuper quæſtionum. §. ſi uero. col. fi. nu. 6. in fi. de offi. deleg.* Mihi *uidetur idem eſſe quod in alio quocũq; cui ſit mãdata iuriſd. generalis, per tex. in d. l. cũ p̃tor. facit etiã tex. in d. c. cũ* Bertoldus, *de re iud. et tex ĩ l. 1. §. damus. ff. de ſupec. tu. et ſic nõ ſuſtinetur hæc reſtrictio.* Secundo *reſtringe dũmodo ad unam cauſam tãtũ iudicẽ dare uelit, ſecus ſi uniuerſam iuriſdictionẽ mãdet p̃ut dicã de legato ad uniuerſitatẽ cãrum, in ſequẽti limitatione, et ita tenẽt cõiter doct.* Tertio *reſtrĩge p̃cedere ĩ datione iudicis, ita loq̃tur tex. ĩ d. l. cũ p̃tor. ſecus ſi is uelit iuriſdictionẽ mãdare, nã hoc nõ poterit, q̃a ĩdiſtĩcte oĩbus prohibitũ eſt, qui alieno beneficio iuriſdictionẽ habent, eam mandare. l. more. ff. de iur. om. iudi. l. fi. inf. hoc titulo, ad hoc faciunt ea quæ dixi in ſecunda limitatione, & hæc bene nota, quia* Doct. *non ita diſtinguunt, & per hæc ego dico q̃ talis delegatus alteri pari uel maiori non poterit cauſam ſubdelegare, arg. l. nã magiſtratus. ff. de arbit. ut dixi ſupra. eo. in uerſ. mandata iuriſdictione, nu. 40.*
93 Quinto *limita non procedere in delegato ad uniuerſitatem cauſarum, & ſic etiam in eo cui mandata eſt iuriſdictio à prætore, per tex. in d. l. cũ prætor. §. 1. ff. de iudic. qui generaliter, & indiffinite loquitur de eo, cui mandata eſt iuriſdictio, & licet exemplificet in legato proconſulis, tamen nõ tollit quo minus etiã idem obſeruetur in alijs ſimilibus, quia exempla non reſtringunt regulam. l. 1. §. quod uulgo. ff. de ui & ui armat. l. damni infecti ſtipulatio p̃tinet. ff. de dam. infect.*

& non

& non poteſt negari, quin eodem iure cenſeatur is, cui prætor mandauit iuriſdictionem, & legatus. ut eſt tex. in l. 1. §. damus. ff. de ſuſpect. tutor. niſi in ſpecialiter datis ſoli legato, uel põt dici q. gratia frequentioris uſus, de legato loquuta eſt lex, ideo idem ius in alijs ſimilibus obſeruandum eſt, glo. in l. 2. in uerb. filio precedente poſt princ. ibi ſed hoc frequentius contingit, & ibi Iaſ. not. col. 4. ff. de uulg. et pupill. glo. in l. is q. §. quod dicitur. in uerb. per partes ff. de iure dot. & in l. non impoßibile. ff. de pact. cum ſimilib. cumulat. p Tiraquell. in tract. de retrac. §. 20. glo. unic. fo. 567. nu. 4. Hanc limitationem tenet glo. in d. l. à iudice. per tex. in l. 1. §. fi. ff. qs & à quo. ſecundum communem intellectum, idem tenet glo. in. d. c. ſuper quæſtionum. §. ſi uero. de offic. deleg. & Bart. Bal. & Salic. & Iaſ. et communiter Doct. in d. l. à iudice Bart. et Alex. in d. l. more, nu. 8. et. nu. 25. & nu. 28. & ibi cõiter Doct. ff. de iur. om. iudi. & glo. in c. cum cauſam. in uerb. delegatus. in fin. de appell. & Bart. in d. l. 1. ff. quis & à quo Fel. in d. c. ſuper quæſtionum. §. ſi uero. col. pen. nu. 17. ff. de offi. dele. exemplificat in uicario foraneo epi, hoc eſt dato in una pte dioce
94 ſis, de quo in cle. 2. in uerb. foraneo. de reſcrip. Rõ eſt q a cẽſetur quaſi ordinarius, ut eſt glo. in. d. c. cũ cãm, et glo. ĩ hac. l. 1. §. fi. & not. Fel. in d. c. ſup qõnum, & Iaſ. in d. l. à iudice, & Bal. in l. ſi ut proponis. C. qũo & qñ iud. dicitur aũt delegatus ad uniuerſitatẽ cauſarũ ſecundum Doct. qñ fit delegatio ſub noĩe territorij, puta delego oẽs cauſas illius caſtri, ut eſt glo. in d. l. 1. ff. qs & à quo, & ibi Bart. Bal. et Sal. Reſtringe hoc pcedere dũmodo unã cãm tm̃ delegaret, ſecus ſi uniuerſam iuriſdi-

ctionem mandaret id.n.nõ poteſt,ſecundũ Hoſt. in ſumma in titulo.de iudi.deleg.§. qs poſſit, et Ant. de But. et imol.in d.c.ſup quæſtionũ in.§.ſi uero.de offi. deleg. & ibi Fel.nu.18.& Alex.& Iaſ.in d.l.à iudice,ſic ui demus in ordinario,q licet poſſit delegare.l. more.ff.de iur.om.iud tñ totãiuriſdictionẽ à ſe abdicare non põt.l. pen.ff.de offic.pſid.ita dicit Iaſ.in d.l.à iudice,et Fel.in
95 c.ſup qõnum.§.ſi uero,nu. 17.de offi.deleg. Ego puto limitationẽ non poſſe ſuſtineri qa iure non pbatur,et nemo põt iudicem dare,niſi is cui nominatim conceſſum eſt d.l.cũ prætor.ff.de iudi. inter eos aũt qbus datũ eſt,nõ numeratur iſte,ergo & c. nã licet dicat lex q, is cui mã data ẽ iuriſdictio,iudicẽ dare poſſit.d.l.cum ptor, tñ id pcedit in his qui habẽt uniuerſam iuriſdictionẽ eius, qui mandat,put ſunt legati proconſulũ,& ſic in tota puincia,nõ in parte,Itaq; ſuſtineri põt concluſio, in eo cui tota iuriſdictio mãdata eſt,nõ pars.p tex. in d.l. cũ ptor. §.1.de quo dicetur in pxima limitatione,ſuſtineri ẽt põt ex cõſuetudine,nã conſuetudo plurimũ põt in hmõi materiã iuriſdictionũ.l.more.ff.de iur.om.iud.& hac.l.1. §.fi.Rõ illa q, iſte eqperetur ordinario,eſt uana,qa nulla eſt lex quæ p modũ regule hos eqperet,ideo non ualet argumentũ,niſi in caſibus expreſſis p ea q̃ tradit Alex. in cõſ.207. uol.6. Præterea ſumus in materia in qua nõ eſt licita extenſio,ſed opus eſt expreſſa & ſpeciali con-
96 ceſsione,ut ait tex.in d.l.cũ prætor.§.1. Maxime qa ſumus inexorbitãtibus,& in materia ſtricti iuris,in qua nõ fit extẽſio ẽt ex identitate rõnis.q, ſimus in materia ſtricti iuris nemo dubitat,& tradit Alexan.in l.more. col.1.nu.5.ff.de iur.om.iud.eſt tex.in c. cũ olim Abbas

et

& in c.de cauſis.de offic.deleg.& tradit Bal.in l.non ſine.C.de bon.q̃ li. & Pau.de ca.in cõſ.3.uo.1.q̃, aũt ſi mus in materia exorbitãti ẽt patet,qa regulariter q iuriſdictionẽ non habet propriã,& ſuo iure,eã mãdare nõ põt.l.fi.hoc titulo.l.more.ff.de iur.om.iud. itẽ nemo iudicẽ dare põt,niſi is cui id ſpecialiter cõceſſum ẽ,d.l.cũ ꝑtor.§.1.ff.de iud.cũ igitur tractamus de facultate dandi iudicẽ,aut mãdandi iuriſdictionẽ contra regulas ꝓdictas,ſumus in exorbitãtibus,et nõ fit extẽſio ẽt ex idẽtitate rõnis,niſi rõ ſit expreſſa,ut inqt glo.in uerb. curationẽ.in auth.ut hi qui oblig.res mino.hab.& in cle.1.in uerb.obligatur.de electio. & p Alex.in l.ſi ita ſtipulatus.§.chriſogonus col.pen.ff.de uerb. oblig.cũ ſimi-

97 lib. Reſtrictio illa q̃ fit à doctoribus,ut quidẽ iudex dari poſsit in una cauſa tm̃,ſecus ad uniuerſam iuriſdictionẽm,ſano mõ intelligenda eſt,uã quo ad mandandã iuriſdictionẽ ego teneo indiſtincte, q̃, is cui mãdata eſt iuriſdictio,in nihilo mãdare poſsit. p tex.quẽ nõ inuenio pati aliquã exceptionẽ,in d.l.more.ff.de iur.om.iud.& in l.fi.hoc titulo. & ideo ſiue mandet iuriſdictionẽ in una cauſa tm̃,prout cõtingit in l.ꝑtor.ff.de iur.om.iud.ſiue totã mãdet,ut ĩ.l.ſolet.eo.tit.puto q̃, nihil ꝓficiat is cui mãdata eſt iuriſdictio. Poterit tñ iudicẽ dare.d.l.cũ prætor.§.1.prout facit delegatus principis, q̃ datio iudicis nõ cõſiſtit in uniuerſa iuriſdictione,ſed in cauſis certis, ut alias oſtẽdi,in uerſ.mandata iuriſd.nu.33.ſupra eo.et hæc bene nota quia Doc.nõ aduertũt ad hãc differẽtiã, ſed cõfundũt terminos,et ꝑpea ĩ maximos errores ſepe labũtur. Sexto limita nõ ꝓcedere ĩ eo cui mãdata ẽ iu-

98 riſdictio.p tex.in l.cũ ꝑtor.§.1.ff.de iud. q cauillari nã

poteſt, & ſimpliciter, & loquitur indefinite, ideo debet ille tex. intelligi ſimpliciter, & indiſtincte de quocunq;, cui mãdata eſt iuriſdictio, quia indefinita à lege prolata equipollet uniuerſali, ut not. Bart. in l. ſi pluribus. ff. de leg. 2. & glo. in c. ut circa in princ. de electi on. lib. 6. & Dyn. in rub. de reg. iur. & Franch. in rub. eo. ti. li. 6. et doct. in l. ſi ita. ff. de leg. 2. et Alex. in conſ. 7. uol. 1. & conſ. 110. eo. uol. & Dec. in l. 1. nu. 16. ff. de regul. iur. Nec refert, q; ibi ſubijciatur exemplum legati proconſulis, quia quod dicitur exempli cauſa, non reſtringit regulam. l. 1. §. quod uulgo. ff. de ui et ui arm. l. damni infecti ſtipulatio pertinet. ff. de damn. infec. & in c. ſi papa, de priuileg. lib. 6. §. hactenus. inſt. de gradib. Soc. in cõſ.
99 17. col. 4. uol. 1. Dec. conſ. 310. col. 1. Reſtringe hoc dũmodo is, à quo mandata eſt iuriſdictio, habeat imperiũ, alioqui enim cum ipſe magiſtratus, qui iuriſdictionẽ mandauit, careat imperio, non poterit ipſe iudicem dare. l. eũ qui. ff. de iur. om. iud. & l. cum pretor. §. 1. in fin. ibi ꝓ uim imperij. ff. de iud. & l. unic. in uerb. ꝓcepto. C. qui ꝑ ſua iuriſ. multo minus, id poterit ille, ab qeo iuriſdictionẽ habet, arg. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. et q̃d ibi not. Dec. & nemo dat quod non habat, l. ſi filius. C. de donat. ꝓcipue in hac materia, l. unic. C. q. ꝑ ſua iuriſd. Reſtringe ſcdo, ut procedat quo ad dandum iudicẽ, poterit enim dare iudicem is, cui mãdata eſt iuriſdictio, d. l. cum ꝑtor. §. 1. tñ non poterit, etiam in una cauſa tm̃, iuriſdictionem mãdare. l. more. ff. de iur. om. iud. ut ſæpe dixi, licet doc.
100 iſta confundãt. Reſtringe tertio, ut ꝓcedat in his q̃bus tota iuriſdictio mãdata ẽ, ita loquitur tex. in d. l. cũ pretor. cũ dat exẽplum legati, oportet ergo q; habeat iuriſdictionem

diſtionem,qualē habet legatus,ideo is qui à ꝑtore habebit iuriſdictionē mandatam,totam.ſ.non ꝑtem,poterit dare iudicem,tantam.n.habet iuriſdictionem,quantā habet legatus.l.1.§.damus.ff.de ſuſpe.tut.non loquor de priuilegijs,ſed de iuriſdictione mādata,ut in d.§.damus,ſecus erit in eo,cui pars iuriſdictionis mādata eſt,nā licet exēpla nō reſtringant regulam,tñ declarāt in quibus terminis loquatur regula glo.not.in c.quod dei timorē, extra de ſtat. monach.et ut dicit Bal.in conſ.357.incip. nulla mulier ſe nubat.col.pen.uerſ.ſed qd eſt ſi iſta,uol.1.exēpla,ſicut digitus,rem oſtēdunt. & tactui quodāmō ſubijciunt,ꝑ tex.in l.1.ff.de ꝑſcript.uerb.et in.§.ſed eum magis,inſt.de gradib.tex.eſt,et ibi Bar.et Alex.qui alleg. concord.in l.nam qđ liquide.§.fi.ff.de penu legat.tex. eſt in l.ut reſponſum.C.de tranſact.& in l.regula.ff.de iur.& facti igno.Paris in conſ.110.nu.62.uol.1.aduerte tñ q̄ he quatuor limitationes,uidelicet 2.4.5 6 poſſunt ad unam ſolam redigi,cum reſtrictionibus,et declarationibus opportunis, tñ quia ſeparatim tractantur à doct.Ideo & ego de ſingulis ſeparatim tractandū duxi,

101 ad faciliorem doctrinā Tyronum. Septimo limita nō ꝑcedere in delegato legis,nam ſcđm Alex.in hac l.1.nu. 13.lex ſcripta defert ĩterdū delegatā iuriſdictionē.ſ.quādo hoc exprimitur,et ita ait tenere Bal.ĩ hac l.1.ꝑ tex. in c.ad abolendā.§.fi.de heret.et qđ not.Io.an.in c.1.de maio.et obed.in 6.in nouell.et in d.c.ad abolendā,et eſt tex.in c.irrefragabili.§.ceterū,et ibi doc.de of. ordin. Bart.in l.4.§.ſi intra,in fin.ff.de dam.infe. Alex.poſt Bal.in d.l.more.ff.de iur.om.iud.et ĩ hac l.1.in 3.not. et Imol.in l.1.ff.de dan.infect.ubi Alex.dicit cōmunem

conſtit.princ. deniq; habemus text. expſſum in hac l.1. in princ.ubi primo dixerat ſpālr tributa mādari nō poſſe, deinde huius regule ſubijcit exēplum cognitionis legis iulie delegate, et infert eam mādari nō poſſe, ſatis ergo oñdit, ꝙ cognitio, q̄ delegatā appellauit, eſt ſpāliter tributa, et ꝙ talia mādari non pñt, cum itaq; habeamus caſum legis expſſum, non ē dubitandū l.cum pcib.C.de proba.l. ceſar.ff.de publ.l.ancille, et ibi glo.et Salic.C.de furt.l. ille aut ille.§.cū in uerbis.ff.de leg.3.et bal.in conſ.215. incip.pponitur ꝙ inueſtiture, col.2.circa fi.lib.2.nec īdigemus gloſſa ubi habemus textū, ut ait bal.in conſ.343. incip.examinanda ſunt, col.1.circa fi.uol.1.et ubi uerba ſunt clara, cauillationes doctorū non ſunt admittēdæ, ut ait bal.in conſ.174.incip.caſus ē talis quoddā fenile lib. 2.Idem tradunt doct.de delegatione ptoria, ut.ſ.talis delegatus non poſſit iuriſdictionē mādare, ſcdm Bart.in d. l.4.§.duas.ff.de dam.infect.dic ut dixi ſupra, in 6.am-

104 pliatione. Octauo limita non pcedere, in his qbus ſpecialiter et nominatim data eſt poteſtas ſubdelegandi à ptore, uel procōſule, uel ab alio magiſtratu, ita tenet glo. in l.ſolet.ff.de iur.om.iud. et glo.in c.is cui in glo.fi.de offic.deleg.lib.6. & doct.cōiter in d.l.à iudice, et pcipue Iaſ.col.2.C.de iud.Bar. & Bal.in d.l.more, Alex. in hac l.1.nu.27.bart.in d.l.ſolet Alber.ī d.l.more, col. 6.Fulg.qui hanc opinionem intrepide tenendam eſſe, ait Abb.in c.cum Bertoldus, col.11. de re iud.glo.in l.apertiſſimi.C.de indic. & Imol.in cle.1.de offi.deleg.ubi ait hanc eſſe cōem opinionem, & Alex.in conſ.157.uiſo inſtrumēto donationis, col.2.nu.12.uol.2.fel.ī c.ſup qōnū. §.ſi uero, nu.18.in uerſ.fallit quarto, Abb.in d.c.ſuper,

in prin. & in.§.porro, Rot.deciſ.363.in nouiſ. & Bal. in.l.non diſtinguemus.§.quæſitum.ff.de arbit. & ita ſe habet cõis opinio, ut per Alexã. in d.conſi. 157.lib.2. nume.3. Ratio eſt quia, ut ait Fel.in d.c.ſuper.§.ſi uero nu.18.non uidetur ipſe delegatus ſubdelegare, ſed ordinarius ipſe, qui hoc commiſit, arg.l. unũ ex familia.§.1. ff.de legat.1. & c.1.de procur.lib.6.hæc ratio eſt contra tex.expreſſum, in l.fi.ff.quis et à quo, ubi iudex datur à præſide iuſſu principis, nominatim iudicẽ ipſum declarantis, & tñ, non princeps ipſe, ſed pſes iudicẽ dediſſe intelligitur, ut ibi ait expreſſe, tex.qui cauillari nõ poteſt.
105 Præterea hæc limitatio ẽ contra tex. expſſum in l.more.ff.de iur.om.iudi. ubi indiſtincte dicitur, q̃ qui iuriſdictionẽ ſuo iure non habet, mandare cauſam nõ poteſt, & contra tex.in l.fi.inf.hoc titulo.ergo & c. Nec adiuuat cõem ſententiam q̃ iudicis dandi licentia ſit iuriſdictio.d.l.imperium.ff.de iur.om.iud. & q̃ mandari poſſit, nam uerius eſt q̃ hmõi poteſtas, eſt mixti imperij, ita ĩtelligitur tex.in l.imperiũ uerſ.fi.ff.de iur.om.iud. ut p Alciat.lib.paradox.2.ca.1. & dato q̃ ſit iuriſdictionis, eſt tñ talis iuriſdictionis, quæ nemini cõpetit, niſi ſpecialiter & nominatim detur.non dico à magiſtratu, ſed à lege ipſa, aut ſenatus cõſulto, aut cõſtitutione principis.l.cum ptor.§.1.ff.de iudi.ergo talis facultas à ma-
106 giſtratu dari non poteſt, & in hanc opinionẽ multi inclinant uidelicet Pet.de bella. & Cyn. in d.l.à iudice, & ſpecul.in titulo de iudi.deleg. §.2.uerſ. ſed nuqnuid delegatus Archid.in c.quãuis.de offic.deleg.lib.6. & Hoſtien.in c.ſup quæſtionũ.§.porro.de offic.deleg. & ibi glo. & pro ea adducit plures rõnes Io.an.in d.c.is cui, & ibi

& ibi Franch. dicit hanc opinionē eſſe ueriorē, licet contraria ſeruetur in practica, eandem opinionem. ſ. ꝙ delegatus nō poßit ſubdelegare, ēt ſi habeat expreſſam licentiam à magiſtratu, late defendit Cardi. in cle. 1. 12. q. de offic. deleg. imol. in c. ſup quæſtionū. §. porro, & §. ſi uero. de offic. deleg. Alex. in d. l. à iudice, & ibid. Ang. et per hæc uidetur ꝙ non poßit ſuſtineri hæc limitatio cōmuniter recepta, niſi diſtinguas inter dare iudicē, et mādare iuriſdictionē, ut ſcilicet delegatus iſte nō poßit ullo modo iudicem dare, quia hæc poteſtas dependet nō à magiſtratu, ſed à lege, ideo magiſtratus non poteſt trāsferre hanc poteſtatem. d. l. cum prætor. ita procedit tex. in d. l. à iudice, ſecus uidetur in mandato iuriſdictionis, qa hoc non uidetur prohibitum, quin poßit transferre poteſtatem ſubſtituendi, & ſic transferendi in alterū iuriſdictionem ſibi mandatā, prout in alijs mandatis euenit, c. 1. §. licet, et ibi Frāch. de procu. lib. 6. nu. 2. licet alias in negotio ſpecialiter commiſſo ſubſtituere non poſſet. ut
107 per Fel. in c. fi. §. cæterū, nu. 7. de offic. deleg. Cogita, qa poteſtas mādandi iuriſdictionē, introducta eſt ex cōſuetudine. d. l. more, et hac l. 1. §. fi. quæ cōſuetudo nō reperitur admiſſa in caſu iſto, ideo nō uidetur extēdenda. l. 3. §. fi. ff. de itin. actuq; priua. Bart. in auth. q rem in fi. C. de ſac. ſan. eccle. cuius opinio eſt cōis, ut ait Tiraquel. in tract. de iure primogen. quæſt. 16. in fi. num. 9. fo. 293. à terg. maxime qa expreſſum uidetur ꝙ nemo q alieno beneficio hēt iuriſdictionē, eā mādare poßit. d. l. more. ideo cogita, et nō uidetur ꝓcedere argumentū, de ꝓcuratore ad iudicē delegatū, ꝑ glo. in c. 1. in uerb. ꝓcurator. de ꝓcur. lib. 6. et ibi not. Frāch. nu. 6. alleg. Rot.

deciſio.413.incip.item fuit dubitatum. & not. in l.iu-
dicium ſoluitur. ff. de iudic. tamen mihi placet diſtin-
ctio ſupra facta, & quòd ualeat argumentum à man-
dato procuratoris ad mandatum iuriſdictionis eſt text.
in l. & quia.ff.de iuriſdictio.omni. iudic. & ibi Docto.
& not. in c.cum olim.de offic. delega. & Alexand.in
hac l.1. & in l.more. nume.5. ff. de iuriſdict. omnium
108 iudi. & Innoc.in c. in noſtra.de procur. Hanc com-
munem limitationē caſu quo admittenda ſit, prout uere
admittenda eſt, cum ſit cōis, & in practica obſeruetur.
ut ait Imol.in c.ſup.§.porro.de offic.deleg. & Franch.
in c.is cui.in fi.de offi.deleg.lib.6. reſtringit Ang.in d.
l. & quia.ff.de iuriſd.om.iud.non procedere, quādo ma
giſtratus daret poteſtatē ſubdelegādi, nomine ipſius dele
gati, quia impoſſibile eſt fundare iuriſdictionē, & poten
tiam hanc ſubdelegandi in perſona eius, cui mandata eſt
iuriſdictio, puta ſi diceret ſubdelega tuo nomine ꝓprio.
hoc enim nō poteſt, per tex. in d.l.more. quod etiā ꝓbat
Fely.in c.ſuper quæſtionū.§.ſi uero, nu.18. et Franch.
in c.cum cauſam, nu.10.extra de appellatio. Reſtrin-
ge ſecūdo ut non procedat in delegato principis, is enim
non poteſt transferre hanc poteſtatem ſubdelegandi, qa
hoc ei permiſſum non reperitur.l.cum prætor. §.1.ff.de
iudi.hanc opinionem tenet glo. per aliam rationem quæ
mihi non ſatisfacit.in d.c.ſuper quæſtionum.§.porro.in
uerb.transfert totam. & Abb. in c.cum bertoldus. de
re iudi. & Alber.in d.l.more.col.6. & Alex.in d.l.à
iudice.licet Iaſ.in d.l.à iudice. col.3. conetur impugna-
re. ſed uerius eſt delegato principis non eſſe datam hanc
poteſtatem. Ideo ſumus in regula de qua in d.l. cum præ
tor.

109 Ior. & in d.l.more. Reſtringitur tertio ut procedat in primo delegato, ſecus eſt in ſubdelegato, & ſic ſubdelegandi, poteſtas non poteſt dari ſubdelegato, ſecundum Ioan.and.in d.c.is cui. de offic.deleg.lib.6. & ibi Franch. Reſtringitur quarto procedere dũmodo detur expreſſe hæc poteſtas ab homine, alioqui delegati non habent à lege ipſa poteſtatem ſubdelegandi, ſecundum Ioan. andre.in dicto cap. is cui, & ibi Franch. 1
quæ opinio approbatur à Rot. deciſio.318. quæ incipit. Item ſi epiſcopus. Reſtringitur quinto procedere in ordinario, is enim poteſt dare poteſtatem ſubdelegandi, ſecus eſt, in delegato etiam à principe, nam is non poterit ſubdelegandi poteſtatem dare, ne procedatur in infinitum, ut tenet Archidiac. in dicto cap. quamuis. de officio delega. libro ſexto, & ſequitur Ioannes Andre. in dicto capi. is cui, de offic. delegat. & probatur in cap. cauſam, de appellatio. & tenet Franch.in dicto c.is cui, tamen ordinarius, bene poteſt delegare cum poteſtate ſubdelegandi, facit gloſſ. in in l. more, & l. ſequen. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. & ibi per Bartol. idem tenentem, & idem tenet Cyn. in dicta. l. à iudice, & ſic de mandato expreſſe dato ab ordinario delegatus ſubdelegare poterit, ſequitur Bald. in .l. non diſtinguemus. §. quæſitum. ff. de arbitr. Reſtringitur ſexto procedere in mandato iuriſdictionis, poteſt enim dari poteſtas à magiſtratibus illi, cui mandant iuriſdictionem, illam alteri mandandi, prout etiam uidemus in procuratoribus obſeruari, & ita procedunt rationes pro communi opinione adductæ, & argumentum de quo in

l. & quia. ff. de iur. om. iud. Secus eſt quo ad poteſtatē dandi iudicē, nam hæc transferri non pōt etiā ab ordinario, ex quo lex dicit expreſſe q̄ nemini cōpetit, niſi cui lex ſpecialiter dederit, l. cum prætor. §. 1. ff. de iudic. & per conſequens mandari non poteſt. ut hac l. 1. in princ. & ita procedit id quod ait Franch. in d. c. 1. de procur. lib. 6. de quo ſupra nume. 107. & ita concordantur opi-

110 niones. Nono limita non ꝓcedere hanc concluſionē, in eo, qui ſciente et patiente ordinario ſubdelegat, ualet. n. eo caſu, id quod agitur. ut inquit Guliel. de cun. in l. 1. §. magiſtrum. el 2. ff. de exerci. ſequitur Alb. ibid. Idem tenet Bal. in l. more. ff. de iur. om. iud. & Alex. in conſil. 157. nu. 12. uolu. 2. & Fely. in d. c. ſuper quæſtionū. §. ſi uero. col. pen. in fi. de offi. deleg. uidetur enim hoc caſu facta de mandato ipſius ordinarij, qui cum ſciat delegationem hanc fieri & patiātur, cenſebitur tacite dediſſe hāc poteſtatē delegato, ut poßit ſubdelegare, & ualebit ſubdelegatio, quēadmodū ſi expreſſe dediſſet. Probat Iaſ. hanc limitationē in d. l. à iudice. col. 3. uerſi. quarto not. limita. adducit ſimile quia inquit ſi dn̄s ſcit & patitur cauſam ſuam agi à procuratore falſo, ualet perinde ac ſi dn̄s mandaſſet, ſcd̄m Inn. in c. ex parte decani. de reſcri. & in c. inter alios. in c. in noſtra, in glo. pe. de procu. et in c. cum in iure. in glo. magna, de offi. deleg. Arch. & Io. an. in c. ad agendū. de procu. lib. 6. bal. in l. licet. col. fi. C. de procu. & late Alex. in repe. l. ſæpe. ff. de re iud.

111 Hanc limitationē improbat Spec. in tit. de delega. §. 2. uerſi. quid ſi in delegatione, & uerſi. ſeq. & Archid. in c. quāuis. de offi. deleg. lib. 6. & Card. in cle. 1. 12. q. de offi. deleg. & Imol. in §. quem uero ex eo. & Fulgo. in d. l.

in d.l. à iudice, et Gemin. in d.c. is cui, eo. tit. lib. 6. Aduerte, ſi uis dicere, q̃ hm̃oi ſubdelegatio facta intelligitur à delegato ipſo, ex tacita poteſtate ſibi data à magiſtratu ordinario, qui ſcit et patitur, ut p̃ſupponit Alex. in d. conſ. 157. non poteſt ſuſtineri hæc limitatio cõiter receptà, quia ut dixi in p̃cedenti limitatione, exp̃ſſe non põt dari talis facultas ſubdelegãdi, multominus tacite, quia tacitum non operatur potentius q̃ exp̃ſſum l. qui ad certum. ff. locat. bal. in l. certi conditio, in princi. ff. ſi cert. pet. bal. in c. fi. de iur. calum. Si uero ĩtelligas, q̃ iuriſdictio cenſeatur tranſlata in ſubdelegatum, nõ ab ipſo delegato, ſed ab ipſo magiſtratu ordinario, ex illa patiẽtia, & ex illo tacito conſenſu, ꝑut uidetur p̃ſupponere, Iaſ. in d. l. à iudice, q̃n allegat ſimile, de quo ſupra. tunc difficultas ſtat in hoc; an iuriſdictio trãsferatur etiam ex mãdato tacito, & puto q̃ non, ſed requiritur exp̃ſſum, d. l. more. quod ex conſuetudine introductum, ĩ materia ſtricti iuris, non puto debere trahi ad alios caſus, etiam ſimiles, per ea quæ tradit bart. in d. authen. qui rem in fi. C. de ſacro ſanct. eccleſ. & per hoc uidetur, quòd non ualeant commiſſiones facte ab epiſcopis ſub hac forma expedias per te, uel per alium, licet contra ſentiant, Fel. in d. c. ſuper. §. ſi uero, col. final. poteſt tamen ſaluari uno caſu, quando ordinario ſuo ita reſcribit epiſcopus, arg. text. in l. ſæpe, & l. ſequen. ff. de offic. preſid. cogita, quia hæc ſunt noua.
112 Decimo limita non procedere quando partes ipſe nil oppoſuiſſent delegationi, ſed conſenſiſſent in iudicem datum, conteſtando litem coram eo, ualebunt enim geſta, ut ait gloſ. in l. legatus. ff. de offic. proconſ. & gloſ. in l. & quia. ff. de iur. om. iud.

& glo.in c.cum bertoldus.de re iudic.idem tenet Iaſ.in d.l.à iudice,col.3.uerſ.quinto limita, quia ſecundũ eum hæc eſt exceptio dilatoria, ideo non poteſt opponi poſt litem conteſtatam.l.pomponius.§. ratihabitionis. ff. de
113 pcur. & l.ita demũ.C.eo.titulo. Contrariũ tenet glo. in c.cũ cauſam.de appell.et glo.in c.1.de procur. lib.6. & ita ſe habet cõis opinio,ut ſcribit Fel.in d.c.ſup §.ſi uero, circa fi.de offi.deleg. & uere puto nõ poſſe ſuſtineri hanc limitationẽ,quia conſenſus partiũ ſolus nõ dat iuriſdictionẽ,ut patet in arbitris, & compromiſſarijs.l. ait prætor ubi Bart.ff.de re iud.l.notionem, ubi glo.ff. de uerb.ſignif.& ibi Alciat.tradit, & ſententia ab eo qui caret iuriſdictione lata nulla eſt.c.1.cũ glo.in uerb. canones, & ibi Doc.de re iudic.ſpecul.in titulo.de ſenten. §. uiſa, uerſic. item eſt, & exceptio incompetentiæ iudicis & defectus iuriſdictionis ſemper poteſt opponi Bart.in l.2.§.prætor.ff.qui ſatiſd. cogan. Abb.in c.ſignificaſti.de for.compet. Doct.in l.1.C. quando prouoc.non eſt neceſs.& in l.ſi ut proponis.C.quomodo et quando iud.Bal.in l.1.C.ſi à non compet.iud. Fel. late in c.ex parte.de offic.deleg.col.5.nume.16.in. 18. fal. Nec obſtat q̃ interdũ fieri poſsit prorogatio iuriſdictionis ex conſenſu partium. l.1.ff.de iudic. quia illud uerum eſt in magiſtratibus,ſecus in priuatis, ita loquitur tex. in d. l. 1. & ibi glo. idem forte eſt in delegato principis, ſed quando ſubeſt defectus, & impotentia ex parte mandantis, tunc puto quòd non ſufficit
114 conſenſus partium, per ſupradicta. Vndecimo limita non procedere quando delegatus uult ſubdelegare unum articulum tantum, hoc enim poteſt facere, ut

ut tradit Bart.in d.l.more.ff.de iur.om.iudic. Contrarium tenet Gul.de cun.Cyn.Bal.Salic.Fulg.& Iaſ. in d.l.à iudice.C.de iudic.& Ioan.and. & cōiter canoniſt.in c. ſuper quæſtionum.§.1.et §.quem uero, de of. deleg.& ibi Fel.in.§ ſi uero,circa fi.& doct.in c.cum cā-n,de appell.& Rot.in deciſ.159.incip.Item q̄ delegatus,& Cyn.et bal.in l.ſolet.ff.de iur.om.iud.et ſpecul. in tit.de iud.de leg.§.1.uerſ.ſed nunquid delegatus, & Alex.in d.l.à iudice,& in d.l.more,col.5.nu.26.ſemp enim militat ratio,de qua in d.l.more.ſ.q. non habet iuriſdictionem ſuo iure,quæ ratio ita militat in uno articulo, ſicut in tota cauſa.argumen.l. quæ de tota,in princ. ff de rei uendic.et ita ſe habet cōis opinio, ut tradit Iaſ. in d.l.à iudice.C.de iud.Fel.in c. ſup qōnū,col.3.nu.4. de of.deleg.ſuſtinetur tñ limitatio,ut ꝓcedat in articulo nō iuriſdictionali,et ita ſe hēt cōis opīo,ut p Alex.in d. l.more,nu.26.et Iaſ.ī d.l.à iudice,col.4.in prin.et fel. in d.c.ſuper queſtionum.§.ſi uero,circa fin.de offic.delegat. & hoc caſu ceſſat regula, de qua in d.l.more.

115 Duodecimo limita non procedere in uicario epiſcopi,hic enim poteſt cauſas delegare,ut tradit glo.in c.1.in uer. ipſius,de offi.uic.lib.6.& ibi doct.& Alex.in hac l.1. in fin. Immo etiam poteſt interdum uicarium alterum ſubſtituere,ut inquit Alex.ī hac l.1.regulariter cōtra, per tex.in c.clericos, ubi Abb.& doct.de offic.uic.dic ergo q̄ profecturus ex magna cauſa,poteſt uicariū ſubſtituere,quādo ſcilicet raro proficiſcitur, & cito reuerſurus, ut per gloſ.& docto.in clemen.1.in uerb. locum aliorum.de regular.et io.and.et Gemin. in c.cū ex eo. §.porro.de elect.lib.6.et Abb.in d.c. clericos. de offi.

uic. et Fel. in c. G. perpetuus, de fid. inſt. uide Bal. in l. ali quando. ff. de offic. proconſ. et in c. fi. col. 1. de offic. de- leg. et Card. in cle. 1. de offic. uic. et in cle. et ſi principa lis. q. 2. de reſcr. Subdit Franch. in d. c. 1. de offic. uic. lib. 6. nu. 4. q. de conſenſu epi, ex iuſta cauſa, poteſt ui- carius alterum ſubſtituere, nec per hoc abdicat à ſe iu- riſdictionem, et q. ita ſeruatur ex conſuetudiue approba ta, ſecundum Io. and. in. d. c. 1. et not. idem Io. an. in d. c. clericos. de offic. uic. & not. in d. cle. 1. eo. tit. & Lap. in allegation. 5. & rot. in deciſ. 378. incip. item fuit du- bitatum utrum uicarius. ubi etiam concluditur q. uica- rius indiſtincte hoc poßit facere, qñ habuit in mandatis ab epo poteſtatem conſtituendi alium uicarium, facit qđ not. Rot. in deciſ. 368. incip. item ſi epiſcopus. quod ex iure canonico, & ex conſuetudine admittendum eſt.

116 Tertiodecimo limita non procedere in cõſeruatoribus datis puta in cauſis uiduarum, uel pupillorum, uel loco- rum piorum, aut ſimilib. qui ad hoc dantur, ut defendãt à manifeſtis iniurijs, & uiolentijs c. 1. de offic. delega. lib. 6. hi enim poſſunt delegare, ut ait glo. in c. fi. in. §. ui ces. in uerb. nulli. de offic. deleg. lib. 6. & Alex. in hac l. 1. in fi. Contrarium eſt uerius, & expreſſum eſt q. con ſeruatores non poßint ſubdelegare in d. c. fi. in. §. uices, & ibi Doct. & tex. expreſſus in c. 1. eo. tit. de quo ui- de quæ dixi ſupra eo. nu. 33. & qđ tradit Nicol. bellon. præceptor meus doctiſsimus, nũc cæſareus Senator in dominio Mediolani, et præſes in ducatu lorene, quẽ ſem per honoris cauſa nomino, ĩ ſua elegãti quæſt. ad quẽ ſit appellan. à conſeruat. num. 6. qui imprimitur poſt tract.

117 eiuſdem. de offic. eius cui mand. eſt Iuriſd. Quartode-

cimo

cimo limita, non procedere in inquiſitoribus hereticę prà uitatis, hi.n. poſſunt ſubdelegare, ut inqt glo. in cle. 2. in uerb. ipſorũ, de heret. & ,pbat Alex. in hac. l. 1. in fi. et ibi Imol. nu. 6. & ita ſe habet cõis opinio, maxime quia ſunt delegati principis. Cõtrariũ mihi uidetur uerius, loquendo de his inquiſitoribus qui ſunt dati à conſtitu- tione pontificia, de quibus in cle. 1. de heret. rõ eſt quia hi ſunt iudices ſpecialiter delegati à lege, & ſic illa com miſſio eſt ſpecialiter tributa. p tex. in hac. l. 1. in prin. et eſt electa induſtria pſone. p tex. in c. fi. de offi. dele. ideo ego puto q̃ non poſſint ſubdelegare. p tex. in hac. l. 1. & in d. c. fi. ad hoc faciũt ea quæ dixi ſupra, in. 7. limitatio ne, ubi loquutus ſum de delegato legis, tñ ex iure ſpecia li, poterit delegare collegæ ſuo, ita loquitur tex. ĩ d. cle. 1. §. 1. uerſ. uerum, de heret. & ibi eſt argumentũ, q̃ al- teri non poteſt, quia incluſo uno, alij excluduntur. l. cum ꝑtor. in prin. ff. de iudi. & hac. l. 1. §. huius rei. Itẽ pote rit delegare inquiſitor ſpãliter datus ex reſcripto põti ficio, hic. n. eſt delegatus põtificis, & ſic principis. ideo delegare poterit. l. à iudice. C. de iudic. ſecus in delegato
118 ex conſtitutione ſua, ut dixi. Quintodecimo limita nõ ,pcedere qñ cõſuetudo aliter diſponit, ut tradit Alex. in hac. l. 1. nu. 28. tex. eſt & ibi not. Ang. in d. l. cũ prætor §. 1. de iudic. & facit tex. in d. l. more, & in hac. l. 1. §. fi. quia in hac materia delegationis plurimũ poteſt cõſue tudo. d. l. more, & in oĩbus. l. de quib. ff. de leg. adeo ut etiã priuatæ perſonę, ex cõſuetudine iuriſdictio cõpete re poſſit. c. cum cõtingat, de for. cõpet. hanc limitationẽ ,pbat Iaſ. in d. l. à iudice. col. 4. uerſ. ſeptimo, et Fel. in d. c. ſup quæſtionũ. §. ſi uero, col. fi. nu. 19. de offic. deleg.

ſubdit Iaſ.in d.l.à iudice,col.4.uerſ.ſeptimo, q̃ in caſibus p̃dictis,ẽt inuitis partibus, põt fieri delegatio, glo. eſt.ordin.in d.c.ſup quæſtionũ in.§.pen.in glo.magna, in uerb.ambo. & Inno.& Hoſtien.in c. qm̃ contra, de probat.& Ancha.in c.ſi à ſubdelegato, de offic. deleg. lib.6.quia nemini iniuriã facit qui utitur iure ſuo c.cũ eccleſia uulterana,de electio.l.iniuriarum.§.1.&.§.ſi quis.ff.de iniur.Niſi malitioſe ſe exoneraret, ut tradit ſpecul.in titulo,de iudi.deleg.§.2 uerſ.in caſibus autẽ.

119 Sextodecimo & ultimo limita,pcedere qñ alicui eſt cã cõmiſſa,ſeu cognitio cauſæ,is.n.non põt delegare,et ita pcedit regula,de qua in d.l.à iudice ſecundum Rafa.cu ma.in.l.1.col.2.ff.quis & à quo,quẽ refert Iaſ.in d.l. à iudice,col.4.uerſ.octauo,licet nõ pbet, ſecus ſi alicui cõmiſſa eſt iuriſdictio,quia tũc poſſet alteri delegare,ſecundum cuma.uult dicere,licet ipſe non explicet, q̃ iudex datus non põt alium iudicẽ dare, nec mãdare iuriſdictionem,is aũt cui mandata eſt iuriſdictio, poteſt alium iudicẽ dare.per tex.in l.cũ prætor.§.1.ff. de iudic. Iaſ. tñ in d.l.à iudice improbat hanc limitationẽ,ſed uera ẽ, quam tñ intellige procedere,ita demũ ſi tota iuriſdictio ei mandata eſt,qualis legato proconſulis dari ſolet.d.l. cũ prætor.§.1.ff.de iudic.& qualis eſt illa de qua loquitur.tex.in l.1.§.damus.ff.de ſuſpec.tuto. ergo is cui in una cauſa tm̃ mãdata fuerit iuriſdictio,prout in l. ſolet. ff.de iur.om.iud.iudicẽ dare nõ poterit.per tex. in d.l. cum prætor.Item oportet q̃ is à quo mãdata eſt,habeat imperium.per tex.in l.eum qui.ff.de iur.om.iudic.alioqui iudicem dare non poterit is cui mandata eſt iuriſdictio arg.l.nemo plus iuris.ff.de reg.iur. Intellige etiam

*ꝙ iudicem dare poterit, non tamen poterit iuriſdictionē mandare etiam in una cauſa tm̄, quia iuriſdictionem pro priā non habet. l. more. ff. de iur. om. iud. ſic intelligendo uera eſt hæc limitatio, ſed tunc eadem eſt cum ſexta limi tatione, ibi uide alioqui non eſt uera ſi ſimpliciter intel ligatur, prout eam recitat Iaſ. in d. l. à iudice, ſuper quo*
120 *uide quæ dixi ſupra. eo. nu. 98. 99. & . 100.* Vidimus ſu *pra in regula præcedenti, in limitationibus ad eam tradi tis, ꝙ delegatus principis poteſt alium iudicem dare, per tex. in l. à iudice. C. de iudic. diximus etiam ꝙ illa con cluſio recipit multas declarationes & reſtrictiones, ui deamus itaq; de ea. Fac regulam ꝙ delegatus principis alium iudicem dare ſeu ſubdelegare poteſt. l. à iudice. C. de iudic. & ibi tenent omnes Docto. & eſt opinio indu bitabilis, cum habeat legis deciſionem claram, ut per glo. in l. ancillæ. & ibi ſalic. C. de furt. principem au tem intelligo Imperatorem, & ſummum Pontificem, hu ius rei duplex allegatur ratio, prima eſt ꝙ in cauſa de legata cenſetur maior quocunq; ordinario. l. minor au tem. §. penul. in fine. ff. de mino. c. paſtoralis. §. 1. & c. ſane, de offic. deleg. cum itaq; poßit ordinarius dele gare, multo magis ſecundum Doct. hoc poterit delegatus principis, ſecūda ratio eſt quia iuriſdictio huius delegati uim quandam ordinariæ iuriſdictionis obtinet, cum ha beat immediate iuriſdictionem à Principe, qui dat ordi nariam ſecundum Bart. in l. legatus, in. 2. lect. circa fin. ff. de offic. proconſ. et leg. nulla ex his eſt bona, quia etiā qui habet iuriſdictionem à lege, non poteſt dare iudi cem niſi ſibi ſpecialiter hoc conceſſum fuerit. l. cum præ tor. §. 1. ff. de iudic. dic ergo quòd ſic placuit principi. l.*

*à iudice.C.de iudic.quod placitum uim legis obtinet.l.1. ff.de conſtit.priucip.maxime in his quæ non repugnant iurigentium,l.proſpexit.ff.qui & à quibus, per ea quæ tradit* Fel. & Dec.*in c.ſi quādo,de reſcript.et uere nul la ratio certa aßignari poteſt niſi impulſiua,aut colorata,de qua non eſt curādum,per ea quæ tradit glo.in l.1. §.ſexum,in uerb.ratus.ff.de poſtulan.* Amplia primo *hanc regulā,ut procedat ſiue princeps ex officio, & mo tu proprio,ſiue etiam de cōſenſu utriuſq; partis dederit delegatum,utroq; enim caſu datus iudex poterit aliū iudicem dare,tex.eſt not.in c.ſi,in princ.& ibi* Abb.*in 1. not.de offic.deleg.& tradit* Iaſ.*in d.l.à iudice.* Secū *do amplia,ut procedat non ſolum quādo impeditus,ex iuſta cauſa dat iudicem,ut in c.ſi pro debilitate,de offic.de leg.ſed etiā ſi nulla ſubſit cauſa, poteſt iudicē dare,tex. eſt no.in c.paſtoralis,in princ.in uerb.exonerare,& ibi clarius panor.de offic.deleg.limitando,ut ibi per eum.*

122 *Tertio amplia, ut poßit alium iudicem dare, etiam inuitis ptibus,ut tradit* Iaſ.*in d.l.à iudice.* Quarto no.*amplia hoc procedere non ſolum quando unus tantum eſt à principe delegatus, ſed etiam ſi habeat colegā, qui uelit per ſe procedere,nam hoc non obſtāte poteſt alter ſub delegare tex.eſt in c.quāuis,quem ibi ad hoc no.* Panor. *de offic.deleg.* Quinto *amplia,ut non ſolum unum,ſed etiam plures poßit iudices dare in una cauſa tantum, dato* ꝗ *ſibi ſoli fuerit delegata, ſecundum d.* Anto.de But. *in c.cum te & in c.ſuper quæſtionum, in princ.de offic.*

123 *delegat.* Limitatur *hæc regula ſic ampliata multis modis.* Primo *ut procedat in iudice dato à prīcipe , ſecus eſt in eo qui datus eſt à delegato principis, & ſic ſubdelega*

tus

tus principis nõ poterit alium iudicem dare.tex.eſt in c. ſuper quæſtionum.§.ſi uero duo,& ibi cano.ff.de offic.
114 deleg.& ita ſe habet cõmunis opinio. Secundo limitatur & declaratur,ut procedat in delegatione.i.in iudicis datione, ita loquitur tex.in d.l.à iudice.C.de iud. ſecus eſt in mandato iuriſdictionis, quia non poteſt negari,quin hæc delegatio ſit particularis & ſpecialis cõmiſſio.quo p̃ſuppoſito, ſequitur q́ is iuriſdictionem mãdare non poteſt,per regulam,de qua in hac l.1.in princ.poterit ergo iudicem dare,iuriſdictionem mandare non pote-
in l. de cubili. C. de priuil. eo. q̄ ī ſacro pall. mil. lib. 12. addet amplius dicere q̄ hi magiſtratus habebāt gladij poteſtatē, et allegat nōnullas hiſtorias q̄ loquūtur de duūuiris Romanę urbis, nos aūt loqmur de municipalibus, deniq; quicq̄d olim eſſet, hodie nō habēt hoc imperiū p ſupradicta. ait ēt q̄ carceribus p̄erant, p tex. in l. ſi qs uxori. §. ſi fugitiuū. ff. de furt. tu dic q̄ ille tex. ponit exēplū ad regulā de qua in d. l. magiſtratibus. ff. de iur. om. iud. et ſic fateor q̄ habēt poteſtatē mittēdi ſeruū in carcerē, & dimittēdi. d. §. ſi fugitiuū, q̄a modica caſtigatio in ſeruos eis eſt pmiſſa ut dixi, et faſcibus utebātur, ut tradit Alciat. ī lib. 2. paradox. c. 13. et lib. 3. diſpūctio. c. 5. emācipatio uero p eos nō celebratur. l. 1. C. de emācip. quę oīa nota, q̄a apud aliquē ita plene cumulata et diſcuſſa

42 nō inuenies. Quia aūt ī materia delegatiōis ſepe occurrit mētio, de tex. ī auth. ad hęc. C. de iudi. q̄ ſumpta ē ex corpe, ī auth. ut defunct. ſeu fune. §. illud ēt col. 5. uiſum ē hoc loco eius intellectū ponere, ne admiſſo ſenſu cōi errare cōtingat, caue itaq; ne credas q̄ ī d. §. illud. agatur de his q̄bus mādata eſt iuriſdictio, put oēs exiſtimāt, ſed agitur ibi de cōſiliarijs ſeu aſſeſſoribus nō adhibēdis ad cognitionē cāuſarum pertinētiū, uel ad iudices ordinarios, uel ad delegatos, ordinarij tū q̄ habēt adminiſtrationē et nimis ſunt occupati publicis negocijs pnt admittere cōſiliarios et aſſeſſores, ita tū q̄ litis cōteſtatio corā ſe fiat et in medio litis introducatur ad eos res et negotiū, et in fine ipſi oīa reuideant acta, et ſnīam proferāt ipſi, in delegatis aūt hoc obſeruatur, ut ipſi p ſe omnia gerant, & oīno intellige q̄ tex. ille non probibet cauſas delegari, nec tractat de delegatione probibenda uel admittenda,

ſed de conſiliarijs, tm̃ ut dixi, qui non habent iuriſdictionem, ut per Bart. in l. 1. in fi. ff. de offic. aſſeſſo. & ideo iudex ipſe, nõ aſſeſſor debet ferre ſentẽtiam, ut ait Bal. in c. 2. col. 2. de iudic. & Iaſ. in d. l. 1. col. fi. & Bellón. in d. tract. de officio eius, nu. 106. eſt autem præſupponendum q; coram iſtis conſiliarijs, ſeu aſſeſſoribus, olim quaſi coram preſide, & adminiſtratore, & ſic ſub nomine pſidis acta omnia conficiebantur, licet ipſe re uera nõ interueniret in huiuſmodi proceſſu, prout etiam noſtris tẽporibus fit plerũq;, & ideo dixit Bal. in l. metum. §. ſed quod. ff. quod met. cau. q; aſſeſſor debet proferre ſnĩam ſub nomine pretoris, quod forte poteſt tolerari de conſue dine, ſed de iure non ſuſtinetur per hũc tex. & ꝓpterea rectius ſentit Alexã. in rub. ff. de of. aſſeſſor. ubi refert Ant. dixiſſe in c. cum ab uno, de offic. deleg. q; aliquis nõ poteſt ferre ſnĩam per aſſeſſorem, per hũc tex. & ſic ex eius uerbis colligitur uerus ſenſus huius cõſtitutionis, à quo nõ recedas ſpreto cõmuni, ideo recte ait tex. in d. §. illud, q; qui cõtrafecerit legi nõ effugiet penam illius falſitatis, alioqui non eſſet falſitas ſi conſiliarij ſub nomine proprio conciperent acta, & idem tex. in uerſ. non per ſe audiant, ĩnuit q; ipſi preſides nõ per ſe, ſed per alium cau

43 ſas ſolebant audire, & ſic apparet q; cauſæ illæ non erãt delegatæ, quod manifeſtius apparet in text. ibi ipſi cum ſuis conſiliarijs cauſas audiãt, apparet enim q; debet delegatus principis cum cõſiliarijs cauſam audire, ergo cõſiliarij nõ ſunt ſubdelegati, ſed aſſeſſores, alioqui poſſet & deberet delegatus ſine ſubdelegati pſentia cauſas audire, ſic etiam hodie ex conſuetudine multis in locis obſeruatur, nam à tabellionibus acta corã aſſeſſoribus geſta,

ſta, concipiũtur ſub nomine pretoris, tacito nomine conſiliarij, cum tamen ipſe pretor abeſt. Caue etiam ne credas q̃ hæc conſtitutio prohibeat ſubdelegari partem cauſæ à delegato quando reſeruauit ſibi ſententiam, nam de tali prohibitione delegationis nullum uerbum, nec dicit lex q̃ qui reſeruauit ſibi ſententiam non poßit reliquum delegare. Immo oĩno dicit q̃ delegatus principis, qui ſine adminiſtratione eſt, debet per ſe totam cauſam audire, et interuenire in omnibus actis & toti proceſſui nec diſtinguit, an hoc ſit uerum qñ reſeruauit ſibi ſnĩam, an aliter ſed ſimpliciter & indiſtincte dicit q̃ totam cauſam audire debet, ergo indiſtincte & ſimpliciter eſt intelligẽdus ille tex. l. de precio. ff. de public. cũ ſimilibus. In adminiſtratore autem hoc eſt in eo qui habet magiſtratum indulget q̃ per alium audiat, dummodo litis cõteſtationẽ ipſe audiat, et in medio litis proceſſum reuideat, et ĩ fine omnia intueatur, ac ſententiam proferat, & ſic de cõſiliarijs loquitur non de delegatis ille text. ut dixi, & ad
44 hunc intellectum quadrãt omnia uerba in illo textu poſita ſi bene cõſiderentur, in princ. ibi, cõſiliarios iudicum cauſas per ſe audire. quæ apud adminiſtratores, aut à nobis iudices datos, agitãtur, patet enim q̃ de cõſiliarijs loquitur, patet etiam q̃ ibi cauſæ ille agitabãtur apud iudices adminiſtratores, aut apud delegatos principis, & tñ ipſi cõſiliarij ſoli illas audiebãt, intelligit ergo cõſiliarios id eſt aſſeſſores, ut in l. pen. ff. de offic. aſſeſſo. & l. 1. & l. in cõſiliarijs. & l. nõ minus. C. eo. tit. alioqui ſi cõſilia rios pro ſubdelegatis accipias, nõ recte diceret lex q̃ illæ cauſæ, quas audiũt cõſiliarij agitantur coram iudicibus adminiſtratoribus, ſed potius deberet dicere q̃ agitãtur

coram ipſis cõſiliarijs, item ibi, nullo mõ preſumere cõſi
liarios abſq; adminiſtratoribus audire; uult.n.q cõſilia-
rij nõ audiãt ſine pſidibus, audiẽt ergo cũ ipſis, l.cum p-
tor, in princ.ff.de iud.ergo nulla interuenit delegatio, nã
ſi interueniſſet, poſſent audire ſine delegãte, & ſi nõ ua
leret delegatio nõ oporteret, q conſiliarij quorũ delega-
tio non ualuit, audiãt una cum pſidibus, quod etiã patet
ex tex.ibi apud eos ſemel moti negotij res.nã ſi eẽt dele
gata nõ moueretur apud eos, ſed apud delegatũ, ut dixi.
Item ex mõ pene iniũcte cõſiliarijs pcipitur iſte ſenſus,
nã ſi de iuriſdictione mãdata ageretur, nõ eſſent puniẽdi
de falſo, hi qbus fiũt delegationes, ſed ſufficeret nullitas
actorũ, ut l.1.C.qui p ſua iuriſdi.nec eßẽt puniẽdi de fal
ſo, cũ aũt lex dicat eos de falſo eẽ puniẽdos, iam apparet
q ĩteruenit falſitas, q̃ nõ põt interuenire niſi eo mõ quo
ſupra dixi, quia.ſ.geſta corã cõſiliarijs cõcipiũtur nomi
ne pſidis, et p hoc errauit glo.in d.§.illud, in uerb.falſi-
45 tatis, exponẽs illud uerbũ p iniquitate, q̃ etiam ſimili er
rore lapſa eſt, in.§.ſemel, inſt.quib.ex cau.manumit.nõ
lic.pbatur etiam hic ſenſus ex.§.fi.d.tit.ut defunct.ſeu
fune.in uerſ.ueniã cõcedũt, et melius in uerſ.niſi p oẽm
ubi ait q ipſi delegati debẽt cũ ſuis conſiliarijs totã cãm
audire, apparet ergo q illi cõſiliarij nõ ſunt delegati, ſed
aſſeſſores, alioqui nõ imponeretur neceßitas pſidibus au
diendi totas cauſas una cũ ſuis delegatis, maxime qñ de
legatio eſt nulla, ſed ipſi pſides per ſe audire cãs poſſent
& deberent nõ adhibitis aliquibus delegatis inutilibus,
ſed cum illi ſint conſiliarij & aſſeſſores recte ait tex. q
iudices ipſi debeant una cum ipſis totam cauſam audire,
& niſi hoc fecerint penam cõminatur, duo ergo iniungit
lex,

lex, ſcilicet q ipſi iudices per ſe audiant cauſas, & q audiant una cum conſiliarijs, & ſic cum interuentu conſiliariorum & aſſeſſorum, non ergo loquitur de delegationibus, nam quando ſit delegatio, ſi ualet, delegans ſe non intromittit, l. placet uerſ. ita tamen. & l. fin. C. de pedan. iudicib. ſi non ualet, delegatus ceſſat, et ſolus delegans cognoſcit, l. unic. C. qui pro ſua iuriſdictione. Idem ſenſus elicitur ex rubr. in d. authen. ubi talis imponitur inſcriptio, ut conſiliarij non ſuſcipiant cognitiones, abſq; iudicibus, & eſt etiam aduertendum quod ille tex. loquitur de omnibus cauſis, tam paruis quam magnis, ut patet in. §. ſancimus, ibi ſiue maiores ſint ſiue minores. d. authen. ut defunct. ſiue fune. & per hæc ſatis ſuperq; defenſus eſt ſenſus iſte, quē tradit Ant. in d. c. cum ab uno de offic. deleg. ut refert Alexan. in d. rub. de offic. aſſeſ-
46 ſo. & reprobatur ſenſus communis. Obſtare tñ aliqualiter uidetur text. in d. auth. in uerſ. in nullo, ubi lex dicit quòd officium conſiliariorum in nullo diſtat à pedaneis iudicibus, uidetur ergo ſentire q conſiliarij ſunt iudices. Aduertendum eſt q lex utitur uerbo officium. & ſic loquitur de exercitatione, & miniſterio, iuxta ea q̃ tradit Alex. & Dec. in rub. huius tituli, & Fel. in rub. de offic. delegat. non autem de iuriſdictione, nam clarum eſt quod conſiliarij & aſſeſſores non habent iuriſdictionem, ut per Bart. in d. l. 1. ff. de offic. aſſeſſo. officiũ ergo & exercitatio ipſa ac miniſterium aſſeſſoris non differt ab officio pedaneorum, ſed bene differt quo ad iuriſdictionem, ſunt autem ſimiles in hoc, quia pedanei humiliora diſceptant l. fi. C. de pedan. iudic. ſic & conſiliarij humiliora audiunt, l. 1. ff. de offic. aſſeſſo.

## L. 1. VERB. EXERCITATIONEM.

Exercitatio iudicij idem eſt quod cognitio, nume. 1.
Cognitio ab animaduerſione differt, numero. 2. & eſt minus q̃ iuriſdictio, numero. 6.
Animaduerſio eſt merum imperium, nume. 2.
Cognitionis appellatõe diffinitio cõprehenditur, nu. 3. 5.
Fallit in materia indelegabili, nume. 4.
Pronunciatio & executio an differant, nume. 7.
Executio eſt maioris iuriſdictionis q̃ pronũciatio, nu. 9.
Mittere in poſſeſsionem & pronũciare mittendum eſſe differũt, numero. 11.
Superflua remedia introducenda nõ ſunt. nume. 13.
Miſsio, et iuſſus de mittẽdo ĩ poſſeſsionẽ idẽ sũt, nu. 14.

1 PVblici iudicij habeant exercitationem, nõ dicit exercitationem nec executionẽ pene aut ſupplicij, ſed exercitationem iudicij, q̃d nihil aliud ſignificat q̃ cognitionem cauſæ, tũc enim dicitur exerceri iudicium, qñ cõficitur proceſſus, & ſic cognitio ipſa, dicitur exercitatio iudicij, ut uidetur probari ex hoc textu, iuncto uerſ. & ſi à familia, inf. ea. l. quod enim hoc loco uocat exercitationẽ iudicij, ibi appellat cognitionem, & ſic ex ſequentibus declarantur præcedentia. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. l. heredes palam. §. ſed & ſi notam. ff. de teſta. l. qui filiabus. ff. de leg. 1. l. utrum. ff. de petit. hered. Alex. in cõſ.
2 3. uol. 4. Quæ cognitio differt ab ipſa animaduerſione, & ab ipſa gladij poteſtate, ut patet expreſſe ex. l. ſolet, in princ. ff. de offic. proconſ. & ex. l. 1. C. eod. tit. iuncto tex.

tex in hac.l.1.in.§.qui mandatam, in uerb.animaduerſionem, legatus enim non habet animaduerſionem mandata iuriſdictione.d.§.qui mandatã, quæ animaduerſio. nil aliud eſt quàm merum imperium, l. imperium.ff. de iur.om.iud.& d.§.qui mãdatam, tamẽ habet cognitionẽ d.l.ſolent,& d.l.1.C.de offic.proconſ. Doct.tamẽ putant q in cognitione etiam ipſa ſententia diffinitiua comprehẽdatur.ideo dicit Alex. in hac.l.1.col.14.nu.51.q in diſpoſitione legis diffinitio continetur cognitionis appellatione, p tex.in l.2.§.cognoſcit.ff.de offic.præfect. uigil.l.1.C.ſi cõtra ius uel util pub.l.fi.ĩ uerb. ſacro cognitori.C.ubi ſenat.uel clariſſ.c. paſtoralis.in princ.de reſcrip.c.prudẽtiã, in prin.de off.deleg.c.cũ ſpeciali, de appel.c.ab arbitris, de offi.deleg.lib.6.tradit Inno.ĩ c. ad hæc, de offi.deleg.& Archid.in c.fi.de offic.archid. et ſpecul.& Io.an.in tit.de iudice deleg.§. ſeqtur uerſ. & no.q ſimpliciter,& Bal.in titulo de pace cõſtan.in uerb.ad cognitionẽ,& ibi eſt tex.idẽ Bal.in conſ.322. uol.1.& Ang.in l.de qua re.ff.de iudi.et Imol.in l.à diuo pio, ĩ prin.ff.de re iudica.& Ang.in l.qui procuratorẽ.ff.de procurat.& ibi Iaco.Butrig.& Dec. in hac l.1.col.20.uerſ.uenio ad ſecũdum, nu.62.& late Fel.in

4 c.ſup quæſtionũ, col.2.nu.3.de of.deleg. Diſtinguẽdo poſſunt cõcordari opiniones, ut ſcilicet in materia ĩdelegabili, cognitionis appellatio nõ cõtineat diffinitionem, ideo, cum procõſul mãdat cognitionem cuſtodiarum legato nõ intelligitur mãdare, ut poſſit abſoluere innocentem.l.ſolẽt.ff.de offic. proconſ. & cum lex indulget q legatus audiat cauſas criminales, non intelligitur et indulgere, q repertos nocentes condemnet.l.1.C. eodem

titul. ſic & mandata iuriſdictione legato, à proconſule,
non habebit legatus animaduerſionem. ut hac l.1.§. qui
mandatam, in uerſi. quare nemo dicit. habet tamen cogni
tionem. d.l. ſolent. in princip. ſi uero materia non ſit in-
delegabilis forte procedit contraria opinio, per tex. in l.
1. C. ſi contra ius uel utili. publ. cum alijs adduct. per ale
xan. in hac. l. 1. nume. 51. de quibus ſupra facta eſt men-
tio. & ideo ſi princeps ordinario dederit cognitionem,
etiam decernendi auctoritatem conceßiſſe uidetur l. 1.
C. ſi contra ius uel util. pub. l. fin. C. ubi ſenten. tradit Al
5 ciat. in l. notionem, in princip. ff. de uerbo. ſignifi. Bart.
aliter diſtinguit, ut ſcilicet cognitione data à lege trans-
ſeat etiam diffiniendi poteſtas, ſecus ſi ab homine tribua-
tur, quia aliud eſt cognoſcere aliud diffinire. l. ubi. C. de
falſ. hinc dicimus q ſi alicui mandetur ut cauſam audiat,
uidetur mandatum, ut referat, nõ ut iudicet. clemẽ. audi
tor. de reſcrip. tradit Alcia. in l. notionem. in princip. ff.
de uerbo. ſignifi. pro hac opinione uidetur tex. in d. l. ſo-
lent. in princip. ff. de offic. proconſ. ubi procõſul mandat
cognitionem cuſtodiarum, & nihilominus legatus cui id
mandatum eſt, abſoluere non poteſt, facit etiam text. in
d. l. 1. C. ſi contra ius uel util publ. Sed confunditur hæc
diſtinctio per text. in d. l. 1. C. de offic. proconſ. ubi conſti
tutio principis indulget legato ut cauſas criminales au-
diat, tamen condẽnandi poteſtatem non habet. & text.
in dicta l. ſolent. qui facit differentiam inter cognitio-
nem & diffinitionem, non ſe fundat in lege aut homine,
ſed dicit ius abſoluendi non tranſire, quia indelegabile
6 eſt, & ſic probatur mea diſtinctio. Non omitto etiam
quòd cognitio minus eſt quàm iuriſdictio, ut expreſſe ait
tex.

*tex. in l. notionem. ff. de uerbo. ſignific. ubi uide Alciat. uide etiam text. in l. ait prætor. ff. de re iudi.* Ex *quo ſequitur* ꝙ *cognitionis appellatio multo minus continebit imperium & ſic animaduerſionem, probatur hoc in d. l. ſolent. & in hac l. 1. in princip. iuncto. §. qui mandatam.*
7 *Maius dubium eſt an differant pronunciatio ipſa & executio, cõmunis opinio eſt* ꝙ *ſic. de qua per* Alex*ã. in l. 1. nu. 16. & ibi* Dec. *nu. 20. ff. de iur. om. iud. et idem* Alex. *in l. iubere. nu. 10. et nu. 15. & late* Tiraq*l. in tract. de retract. in fi. fo. 934. nu. 31. & ibi etiã traditur an differãt diffinire, & pronũtiare diffiniẽdum eſſe, ſuper quibus magnam faciũt differẽtiam noſtrates doctores, adeo ut putent licere iudici pronunciare exequẽdum aut abſoluendũ, aut in poſſeſſionem mittẽdũ eſſe, quãuis abſoluere nõ poſſit nec exequi, nec in poſſeſſionem mittere, ſuper quo laborant omnes doct. in d. l. iubere. ff. de iuriſd. omn. iudi.*
8 Ex *his cõcludunt doct.* ꝙ *cognitio & pronunciatio quo ad primum decretum poteſt delegari, quia licet ſint mixti imperij, tamen cõtinentur in ultimis gradibus mixti imperij, ideo poſſunt delegari, ſecundum doctrinã* Bart. *in l. imperium. ff. de iuriſdict. om. iudi. ita ſcribit* Alex. *in l. iubere. num. 16. col. fina. ff. de iuriſd. om. iud. ipſa autem miſsio nõ poteſt delegari ſcdm cõem opinio. ut per* Alexã. *in d. l. iubere. quæ tamen falſa eſt.*
9. *Glo. in l. 1. ff. de iur. om. iud. tenet* ꝙ *maioris iuriſdictionis ẽ executio* ꝙ̃ *pnũciatio. et hoc ibi not.* Iac. *de are. &* Cyn. & Bal. & Alexã. *col. 3. in fi. nu. 16. &* Dec. *num. 20. ex quo inferunt* ꝙ *iudex qui non poteſt facere executionẽ ultimo mẽſe officij, poterit pnũtiare exequẽdum eſſe & ſucceſſor exequetur, quia aliud eſt exequi,*

aliud pronunciare exequẽdum. Idem not. Bal. in l. ſolemus. in fi. ff. de offi. procõ. & Bal. in l. 1. C. ſi aduer. lib. Hinc dicit Alex. ꝙ ſtatutũ prohibens officialem ultimo menſe officij abſoluere nõ intelligitur prohibere, quominus iudex poßit pronũciare abſoluẽdum eſſe. ut not. bar. in l. ſi quis filio exheredato. §. eius. ff. de iniuſt. rup. & irrit. teſta. Bar. in l. 1. ff. de iuriſ. om. iud. Ang. in §. fi. in fi. in auth. de exhi. reis. & Bart. in l. ſolent. ff. de officio proconſ. & Cyn. & Bal. in l. 1. C. ſi aduer. libert. & ibi Alber. & Franc. Aret. in c. 1. §. 1. de accuſ. & ibi abb. qui allegat gl. in c. frater noſter. 16. q. 1. & tenet Abb.

10 in d. c. 1. ꝙ primas cum cõſilio poßit pronũciare epm deponẽdum, licet nõ poßit deponere, quia aliud eſt deponere, aliud pronũciare deponendũ, glo. in c. ſup eo. in uerb. ordinet. de offi. deleg. Io. an. in c. tranſmiſſa. de elec. bar. in l. ſolent. in prin. ff. de offi. proconſ. & ideo dixit bald. in l. ſi quis filio. §. eius. ff. de iniuſt. rup. & irrit. teſta. ꝑ illum tex. ꝙ licet preſes non poßit deportare, tñ poteſt ꝓnunciare deportãdum eſſe, idem tenet Ang. in auth. de exhibend. reis. §. fi. in fi. per id quod not. glo. in. §. ſi uero, etiam quidã in uerb. iudex. eo. tit. Idem tenẽt, & Io. de Imol. & Rom. in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de uerb. obligat.

11 hinc dicimus, ꝙ aliud eſt quẽ efficere liberũ, aliud pronũciare liberãdum. l. qui ſe dicit. ff. de iudic. not. gloſ. in l. 1. in uerb. admittit, in fi. & ibi Bal. C. ſi aduerſ. libertat. & aliud eſt mittere in poſſeßionem, aliud pronunciare mittendum eſſe. l. cognitio. §. 1. in glo. fi. & ibi doct. in ſ. hoc tit. & aliud eſt quem reſtituere in ĩtegrum per ſententiam, & pronũciare reſtituendum eſſe, ut not glo. in l. fi. in uerb. cõpromiſſarios. C. ubi et apud quem in ĩteg. reſtit.

reſti.poſtul.et glo.in c.ſuper eo.in uerb.ordinet.de offi. deleg. & aliud eſt cõdemnare, aliud pronũciare cõdemnãdum, ut per Alex.in d.l.1.§.ſi quis ita.ff.de uerb.ob lig.not.Io.and.in additio.ad ſpecu. tit.de exceptio.§.ui ro.uerſi.porro.in addi.incip.dat intelligere.Bar.in.l.1. C.ſi aduer.libert.Imol.& Rom.in d.§.ſi quis ita. Ant.
12 in c.cum uenerabilis.de excep. Effectus huius pronun ciationis q̃n quis pronũciat abſoluẽdum eſſe, is eſt, quia ſecundũ Alex.in hac l.1.nu.17.ſucceſſor ſequetur hanc
13 ſentẽtiam, & abſoluet, & Dec.nu.20. Subdit poſtea Alex. ꝙ non cogitur ſucceſſor ſequi hanc ſententiã, ſed eam reuocare poteſt, quia eſt interlocutoria, per ea quæ no.Bal.in l.cũ iudex.C.de ſent. & in d.l.ſolent.ex quo apparet ꝙ hoc remedium eſt ſuperfluum, & ideo nõ ad= mittendũ, quia ſuperflua remedia nõ ſunt introducenda. ut ait apoſtill.ad Alex.in d.l.2.ff.de iuriſd.om.iud. & Dec.l.hæc ſtipulatio.§.diuus.ut leg.no.cau. et Curt.in apoſtill.ad Alex.in d.l.1.ff.de iur.om.iud. et ideo dicit Aret.in d.c.2.§.1.de accuſ. in fi.ꝙ iudex taliter ꝑnun ciare non poteſt, & idem tenet Ant. & abb. in d.c.2.
14 Non omitto ꝙ iuſſus de mittendo in poſſeſſionem, & miſsio ipſa idem ſunt quo ad ipſum iudicẽ, nam qui iuſsit mitti dicitur miſsiſſe.l.ſi finita.§.itẽ q̃ritur.et.§.ſi quis metu.ff.de dam.infec.et l.ſi quis miſſum, eo.titu.ꝑterea utrũq; eſt mixti impij.ſ.pronũciatio et miſsio. l.iubere. ff.de iur.om.iud.ideo ego credo, ꝙ qui nõ poteſt mittere in poſſeſſionẽ nõ poſsit pronũciare mittendum eſſe. Item nõ differũt, cõdemnare et pronũciare cõdemnãdum eſſe, ut ſcribit Ang.in cõſil.250.incip. dñа liberina.col.pen. & glo.in d.l.diẽ ꝑferre.§.ſi plures.ff.de arbit.in uerb.

conſenſerint quod ipſe Angel. in d. conſ. 250. putat uerum in eo qui poteſt condemnare, ſecus eſt in eo qui non poteſt condemnare, ſed Curt. ait q; glo. uidetur firmare pedes, per tex. in l. quid tamen. §. ſi arbiter. ff. de arbit. de hoc uide Bart. & Bal. in l. fundus. ff. de reſcind. uen. & Imol. & Alex. & Aret. & Galliaul. in d. l. 1. §. ſi quis ita. ff. de uerb. oblig. & ibi Barb. col. 9. uerſ. item dico, & Fel. & Dec. in c. cū uenerabilis. col. pen. de except. et Ang. in d. conſ. 250. et Stephan. Bertrand. conſ. 312. ex proceſſu, nume. 4. lib. 2. Tiraquel. in tract. de re tract. in fine, numero. 51. fol. 984. Fel. in c. non poteſt, col. 2. de ſenten. et re iudic.

## L. 1. VERB. DELEGATAM.

Delegatam, ideſt ſpecialiter tributam, numero. 1.
Delegatus ab ordinario differt in multis, nu. 3. et. 4. et ibi uidebis. 13. differentias uſq; ad nume. 14.
Delegatus principis in quibus differat ab ordinario, & quam poteſtatem habeat, nu. 15. uſq; ad nume. 20.
Delegatus habet uſum iuriſdictionis tantum, nume. 4. et alieno beneficio habet iuriſdictionē, nume. 4. et fungitur iudiciario munere ibid.
Munere iudiciario fungi quid ſit, nume. 4. in fi.
Iuriſdictio ordinaria quādo extinguatur, et quando delegata, numero. 6.
Delegatus ſententia lata functus eſt officio, nu. 7.
Appellatur à delegato ad delegantem, ſecus in ordinario, item ſecus in eo cui mand. eſt iuriſdictio, nu. 7.
Delegatus recuſari poteſt, ſecus in ordinario, nu. 8.

Sportulas

Sportulas non capit ordinarius, ſecus in delegato, nu. 9.
Sententiam non exequitur delegatus, nu. 10.
Delegatus procedendo quo foro utatur, nu. 11.
Delegati plures nõ hñt iuriſdictionem in ſolidũ, nu. 12.
Prorogatio iuriſdictionis non ſit coram delegato, de perſona ad perſonam. nu. 13.
Subdelegandi poteſtas, ab ordinario an dari poſſit. numero. 14.
Merum imperium, an delegari poſſit à delegato principis. numer. 15.
Delegatus principis ſententiam nullam retractare non poteſt. numer. 15.
Delegatus principis equiperatur alijs delegatis. nu. 15.
Delegatus prĩcipis nõ habet iuriſdictionẽ ꝓpriã. nu. 16. Immo ſic ut ibi, & num. 17.
Delegatus principis ſubdelegare poteſt. nu. 17.
Delegatus principis ſnĩam exequi poteſt. nu. 18.
Et citare per edicta, nu. 19.
Et capere perſonam, nu. 19.
Et mittere in poſſeſſionem. num. 20.
Maior eſt ordinario delegatus principis, num. 20. habet tamen debiliorem iuriſdictionem. nu. 20.

1 Delegatam. i. cõmiſſam, & ſpecialiter tributam à lege, quod. n. in principio legis ſpecialiter tributum appellauit, id nunc uocat delegatũ, ita etiã poteſt accipi, in l. 1. in uerb. delegãdũ iũcta l. 4. §. duas. in uerb. iniunxit. ff. de dam. infec. & hunc puto uerũ ſenſum eſſe huius uerbi delegare, et uerã ſignificationem, ſcilicet q. ſignificet iniũgere

& ſpecialiter tribuere, ex præcedẽtibus enim declaratur ſequẽtia & è cõtra. l. ſi ſeruus plurium. ff. de leg. 1. l. pen. ff. de alim. leg. Alex. conſ. 169. col. 2. uol. 5. Cra
2 uett. cõſ. 86. nu. 9. Alij putãt q delegare idem ſit quod mãdare & propterea ſepe uſurpãt delegare iuriſdictionem quod tñ in iure ciuili nũſq̃ reperies, tñ poſt ius ciuile cõſtitutum, uſu cõi receptum eſt, ut delegare idem ſignificet quod mãdare, & paſſim apud oẽs Doctores inuenies inculcatum, iuriſdictionem delegare, & iuriſdictionem delegatam, quem uſum cõem tot ſeculis comprobatum, & nos admittere debemus, per tex. in l. librorũ. §. quod tñ caſsius. ff. de legat. 3. & in l. labeo. ff. de ſupell. legat. et per not. per Doc. in rub. ff. oper. no. nũciat. dum tamen ſcias q hoc in loco accipi debet in ea ſignificatione, quæ ueteribus Iuriſcõſultis nota erat, non quæ poſtea inoleuit, per ea quæ dixi ſupra, lib. 1. in declarati nume. 48. An autẽ delegatus à lege poſsit mandare iuriſdictionem communis opinio eſt q ſic, ego contrarium uerius puto per hũc tex. ut dixi ſupra, lib. 2. in uerſ. iure magiſtratus, nu 101. ubi omnino uide, pro qua opinione faciũt ea quæ tradit glo. in l. unic. in uerb. ſpecialiter fecerint, in prin. C. ne licea. potẽtio. et ibi Paul. de caſt. & Iaſ. not. & idem Iaſ. in l. à iudice, col. fi. in ult. limitatione. C. de iudic. quid autem de principis delegato, uide ſupra eod. lib. 2. in uerſ. iure magiſtratus, numero 120.
3 In quibus autem differat delegatus ab ordinario, dic q in multis, ut per Iaſ. in l. & ſi prætor, inf. hoc titulo. & in l. ius aũt ciuile. ff. de iuſt. & iur. & Doct. in l. more. ff. de iur. om. iud. Primo ordinarius habet iuriſdictionem propriam. i. fundatam & radicatã in perſona ſua.

d. l.

d.l.more, ubi Bart. & omnes Doct. & hac.l.1.§. qui mandatam. Delegatus autem habet uſum tantum & exercitium iuriſdictionis, ut hac.l.1.§ qui mādatam, & d.l. & ſi prætor, & d.l.more, & ubiq; Doct. Tu dic melius q̃ ordinarius habet iuriſdictionem ſuo iure, non alieno beneficio.d.l.more.i.habet immediate non alicuius miniſterio, à principe uel à lege ipſa.l. & quia.ff.de iur.om.iud.ut dixi ſupra, in præfat. nu.12.lib.1. Delegatus aūt habet alieno beneficio.d.l. more, ideſt ab altero, puta à proconſule, uel ab alio magiſtratu, ut in l.1.et. l.4.§.duas.ff.de dam.inf. & in l.1.§. damus.ff. de ſuſpect.tuto. & mediante magiſtratu à lege, ut ibid. dixi.
4 Secundo delegatus fungitur iudiciario munere.l.à iudice.C.de iudic.i.onere & angaria quadam ciuili fungitur, ut dixi ſupra, in uerſ.iure magiſtratus, lib.2.nu.81. ordinarius autem non habet ſuum magiſtratum tāquam
5 onus, ſed tanquam beneficium, ut ibi dixi. Tertio ordinarius delegat.l.more.ff.de iur.om.iudi. & ibi Doct.l. cum prætor.§.1.ff.de iudic.l.à iudice, & ibi Doct.C. de iudic.l.eum qui, in princ.ff.de iur.om.iudic. ſecus eſt in delegato d.l.more, & d.l.à iudice qui non poteſt iudicem dare.d.l.eum qui, & d.l.à iudice, nec iuriſdictionē mandare.d.l.more, fallit tñ in multis caſibus, in quibus delegatus iure ſpeciāli poteſt iudicē dare, ut dixi ſupra, lib.2.in uerb.iure magiſtratus, nume.87.cum mult.ſeq. quæ autem requirantur ad hoc ut ordinarius, iudicē dare, aut iuriſdictionē mandare poſſit, uide quæ dixi, lib.2. in uerſ.iure magiſtratus, nume.45.& .65. & nu.101.
6 & ſupra, col.nume.2. Quarto iuriſdictio ordinarij non extinguitur morte concedentis, ut tradūt Doct.in

d.l.more, ſecus eſt in delegato, cuius iuriſdictio expirat morte delegantis re integra d.l. & quia, & not. Doct. in d.l. more, ẽt ſi eſſet delegatus principis c. relatum, & ibi not. Doct. extra de offic. deleg. & ẽt ſi eſſet delegatus ad uniuerſitatem cauſarum. i. ſi haberet mandatã iuriſdictionem. c. fi. §. officiũ, de offic. deleg. lib. 6. c. ne alii qui, de heret. eo. lib. & ꝑ Bart. & cõiter Doct. in d.l. more. ẽt ſi eſſet ordinarius ille, cui cauſa delegatur non pertinẽs ad iuriſdictionẽ ſuam, ꝑ tex. in l. & ſi prætor infr. hoc titulo, ut tradit Fely. in c. licet. de offic. deleg.

Quinto delegatus q ſemel tulit ſnĩam nullã, nõ poteſt iterũ iudicare in eadẽ cauſa, quia cũ primũ tulit ſnĩam, ſiue bene, ſiue male, dicitur functus officio ſuo, ſecus ẽ in iudice ordinario. l. ſi ut ꝓponis. C. quõ et qñ iudex Bar. et cæteri in l. iudex poſteaq̃. ff. de re iudic. Sexto à de
7 legato appellatur ad delegantẽ. l. 1. & l. fi. ff. quis & à quo, et cõiter Doct. in d. l. 1. in prin. ſecus eſt in ordinario magiſtratu, nã ab eo appellatur immediate ad principem, ut ꝑ Bart. in d. l. 1. & in l. unic. C. qui pro ſua iur. ubi Salic. not. uel potius ſeruabitur ordo, de quo in. l. ꝑcipimus. C. de appellat. quod ꝑcedit ẽt in ꝑtore, uel alio ſimili magiſtratu, cui delegata eſt cã, nam tũc non ſuo, ſed delegantis imperio, & uice fungitur. d. l. & ſi ꝑtor, & ideo ẽt hoc caſu appellatur ad delegantẽ, ut tradũt Doc. in d. l. & ſi ꝑtor, & maxime Dec. in ſecundo not. ẽt ſi epõ delegaret ꝑtor, ut per Bal. in auth. ſi quis litigantiũ C. de epiſco. audi. et Fel. in rub. de appell. col. 4. ẽt ſi hic ordinarius, cui cauſa eſt delegata, eſſet priuilegiatus, ita ꝙ ab eo appellari nõ poſſet, nãnibilominus hoc caſu appellabitur ad delegantẽ, ut tradit Ange. in l. ꝑcipimus.

in fi.C.de appella.quod ẽt procedit in ſubdelegato eo caſu quo quis ſubdelegare põt, ut in delegato principis, nã ẽt tunc ad ſubdelegantẽ appellatur.l.unic.in fi.C.q pro ſua iuriſdi.Hoc tñ quod dictũ eſt à delegato, ad delegantem appellari, intellige in iudice dato.ita loquitur, tex. in d.l.1.in prin.& ibi Soc.& l.fi.ff.quis & à quo appel.et Alciat.in rub.de offi.ordin. ſecus eſt in eo cui mãdata eſt iuriſdictio, quia ab eo nõ appellatur ad mandantem, ſed ad eũ qui prouocaretur ab eo qui mãdauit iuriſdictionẽ.ita loquitur tex.in d.l.1.in fi.ff. quis & à quo nec põt cauillari licet Doct.cõiter ſubuertant illũ tex. & aliter ac peſſime intelligant.
8 Septimo delegatus põt recuſari.l.fi.cũ auth.ibi poſita.C. de iudi. & ibi Doct. quod procedit ẽt in delegato ad uniuerſitatẽ cauſarum, ſecundũ Iaſ.& cõiter Doct.in d.l.fi.col.pen. ſecus eſt in ordinario, q non recuſatur, ſed illi datur adiũctus, aduerte ẽt ad illud qđ dictũ eſt de delegato ad uniuerſitatẽ cauſarũ, qa ego nõ puto id eſſe uerũ, et tex.in d.l.fi.loqtur tñ de iudice dato, nõ aũt de eo cui mãdata eſt iuriſdictio, inter quos magna eſt differentia, ut p Soc.in d.l. 1.ff.qs et à quo, et dixi ſupra, in uer. mãdata iuriſdictione, nu.52.cũ mult.ſeq.et ĩ pſationibus, nu.53.54.et.55.
9 Octauo ordinarius non capit ſportulas nec ſalariũ pro ſententia ferenda, quia illud habet ex publico.§.illud, in authen. de mand. princip. Barto. in l. 1. ff. de falſ. Iaſ.in l.nec quicquã. §.ubi decretum, colũ.1.ff.de offic. proconſul. Secus eſt in iudice delegato cui ſunt taxate ſportule, in. §. ne autem, in authen. de iudicib. tradit gloſſ.& Barto. in authen. offeratur.C. de litis conteſtat. & Aretin.& Iaſ. in.§.tripli.inſtitu.de actioni.

An autem etiam ordinarius, quando efficitur delegatus poßit capere ſportulas, uide Alex. hic in q. incip. rex. aragonum, & Albe. de roſa. in l. diē functo. ff. de of. aſſeſſo. & canon. in c. cum ab omni, extra de uita et honeſt. cle.

10 Nono delegatus non exequitur ſuam ſentētiam. l. à diuo pio. ff. de iudic. cum ibi not. per glo. & doct. ſecus eſt in ordinario. l. properādum. § ſin autē reus. C. de iudic. c. ſi quis contra, de foro compet. c. quiſquis. 2. q. 6. & d. l. à diuo pio, primo rñ. & § ſnīam, & ſpec. in tit. de execui ſentent. § 2. in princ. quod tamen dictum eſt de iudice delegato, fallit in delegato principis c. ſignificaſti, extra de of. delegat. quod procedit de iure canonico. Item fallit in eo cui mandata eſt iuriſdictio & ſic in delegato ad uniuerſitatem cauſarum, ut tradit Alciat. in d. rub. de offic. ordin.

11 Decimo delegatus utitur in procedendo conſuetudine fori delegantis, ſecundū aliquos, quando eſt diuerſa conſuetudo, ut tradit Ang. in d. l. et ſi pretor. inf. hoc tit. Contrariū tenet Io. And. & Ant. de but. & Imol. & And. ſicul. in rub. extra de cōſuetu. et Roch. de curt. in c. fi. eo. tit. & Alex. in l. ſolet. ff. de iur. om. iud. et ita ſe habet cōmunis opinio, quia in ꝓcedendo ſeruatur conſuetudo & ſtatutum loci, c. quod clericus extra de for. compet.

12 Vndecimo plures delegati ad aliquā cauſam, non cenſentur habere iuriſdictionem ſinguli in ſolidum, nec poteſt unus ſine alio cognoſcere c. cām matrimonij, extra de offi. deleg. Secus ē in ordinarijs. l. 1. ff. de offi. ꝓconſ. & leg. l. ſi uni, ubi Bart. et alij doct. ff. de re iud.

13 Duodecimo coram delegato non poteſt prorogari iuriſdictio de perſona ad perſonam, licet poßit fieri quo ad rē locum, & tempus, in ordinarijs autem poteſt indiſtincte fieri

*fieri prorogatio, ut tradit Bar. in l. 1. ff. de iudic. et abb.*
14 *& alij in c. P & G. extra de offic. deleg.* Decimoter *tio ordinarius poteſt dare poteſtatem ſubdelegandi, ut p Bart. in d. l. more, col. fin. ff. de iur. om. iud. & Franch. in c. cum cauſam. col. 2. q. 1. de appellat. & Seuer. in d. l. more. q. 3. & Fel. in c. ſuper quæſtionum. §. ſi uero in 4. fall. de offi. deleg. & eſt cõmunis opinio, ſecus eſt in dele gato, qui hoc facere non poteſt, etiam ſi eſſet delegatus principis, aut legatus procõſulis, ut per glo. in d. c. ſuper queſtionum. §. porro, in uerb. transfert, & Alex. in hac rub. & Iaſ. in d. l. à iudice, et Franch. in d. c. cũ cauſam, ego tamen puto idem eſſe in ordinario, ut nec ipſe poßit dare poteſtatem ſubdelegandi quod ad legem ipſam perti net, de quo dic ut dixi ſupra lib. 2. in uerſ. iure magiſtra*
15 *tus, nu. 104. uſq; ad nu. 109.* Videamus nunc aliqua de *poteſtate delegati à principe, dic q; delegatus principis non poteſt delegare cauſas meri imperij, & hanc opiõnẽ cõem eſſe tradit Dec. in c. ſi pro debilitate, col. 3. uerſ. 3. pro iſta de of. dele. alij cõtra ſentiũt, uide quæ in utrãq; partem adduxi inf. lib. 4. in uerb. imperium, nu. 48. cum mult. ſeq.* Item *ſi tulit ſnĩam nullam non poteſt iterũ de cauſa cognoſcere. l. ſi ut proponis. C. quõ & quando iud. ſecus in ordinario. l. ſi preſes eo. tit. & ita ſe habet cõis opinio doct. in l. iudex poſtea quã. ff. de re iud.* Item de *iſto delegato iudicatur idem, quod de alio ſimplici delega to, quia nõ equiparatur ordinario niſi in caſibus expreſ*
16 *ſis, ut inqt glo. 1. in l. à diuo pio. ff. de re iud.* Item nul *lam habet iuriſdictionẽ propriam, Bart. in l. 1. q. pen. ff. de iud. et cõiter doct. caue quia habet à principe, et ſic ui detur habere ꝓpriam, l. et quia. ff. de iur. om. iud. ĩ uerb.*

principaliter, q̄d ibi exponit glo. i. à principe, tñ doct. non approbãt illam expõnem, ſed uerũ eſt q̃ hẽt iuriſdictionẽ ppriam, qa habet ĩmediate à principe, ut dixi ſup lib. 1 in pfat. nu. 11. et uide q̃ dixi lib. 2. in uer. iure magiſtratus, nu. 120. Itẽ iuriſdictio eius expirat morte cõcedẽtis, c. relatũ de of. deleg. caue, quia de iure ciuili, hoc nõ uidetur tutũ, qa hẽt à prĩcipe, ideo nõ uidetur expirare morte principis d. l. et qa. intellige illum tex. de cõſtitutione principis, q̃ dat iuriſdictionẽ ipſo iure, ſicut lex, ſecus in reſcripto, qd' ante pſentationẽ non tribuit iuriſdictionẽ, ut tradit ſpec. in tit. de cõpet. iudi. aditio. §. pen. uer. fin.
17 Item põt ſubdelegare qd' alijs delegatis ẽ interdictũ. l. à iudice. C. de iudic. et ibi doct. c. ſi p debilitate, extra de of. deleg. Non mirum qa uidetur hẽre iure pprio nõ alieno beneficio, cum habeat à prĩcipe, d. l. et quia iũcta l. more. dic ut dixi lib. 2. ĩ uerſ. iure magiſtratus, nu. 25. et n. 120.
18 Itẽ põt exeq ſnĩam ſuã. l. fi. C. de iud. Bart. et cõiter doc. in d. l. à diuo pio, et in d. l. fi. c. ſignificaſti, de of. deleg. ubi eſt expſſum, et ibi abb. Fel. et cõiter doc. q̃ ptãs exequendi anno terminatur c. querẽti eo. tit. Bar. et doct. in d. l. à diuo pio, pterea nõ pt exequi ſnĩam ſuã manu militari, et eſt cõis opĩo ſcd̃m fel. in c. ſignaſti, nu. 3. de of. deleg. col. pen. uerſ. utrũ delegatus poßit, ſed nec ẽt dat poſſeßionẽ in rebus laicorũ, ſed mãdat iudici laico, ut exequatur, et eſt cõis opĩo. Intellige tñ prout dicit Fel. in d. c. ſignifi-
19 caſti. col. fi. uerſ. utrũ delegatus papę. Item põt citare p edicta glo. et doc. in d. l. fi. C. de iud. Iaſ. in l. 2. ff. de iur. om. iud. Item põt citare realr. i. capere pſonã inuitã, et ante, et poſt litẽ cõteſtatã, ut tradit bar. ĩ d. l. 2. ff. de iur. om. iud. cuius opĩo ẽ cõiter recepta, ut ibi p Alex. et Iaſ.
licet

licet Fulg. et Salic. ibi teneāt cōtrarium, quorū opinionem
20 puto ueriorē tñ nūc nō diſputo. Item pōt mittere ī poſ
ſeßionē ſcd̃m cōem opi. in l. iubere. ff. de iur. om. iud. ſi tñ
reperiret reſiſtētē, nō poſſet eū manu armata expellere,
ſed debet recurrere ad ordinarium. ſpecu. in tit. de of. de
leg. §. ſeqtur uerſ. pōt Fel. ī c. decetero. col. 5. de re iud.
Item delegatus principis eſt maior ordinario, ſcd̃m cōem
opinionem, & eſt caſus in c. paſtoralis. §. præterea, de
offic. ordin. ſcilicet reſpectu illius cāæ, in alijs ſecus, ſcd̃m
cōem opinionem, de qua per doct. in rub. extra de offic.
deleg. Item habet debiliorem iuriſdictionem q̃ habeat or
dinarius, ut p Alexan. in rub. huius tituli q̃ opīo eſt cōis
& hæc ſufficiāt, cetera per te quere, & pro regula ha-
beas, q̧ idē iudicatur de iſto delegato, quod de alijs dele
gatis, ut inquit glo. 1. in l. à diuo pio. ff. de re iudic.

## L. 1 VERS. HVIVS REI.

Fortitudo argumēti à cōtrario ſenſu, nu. 3. et nu. 5. 12.
Cognitio an ſit meri imperij. nu. 7. 10.
Imperium lege datum non mandatur, ſecus ſi non ſit da-
tum. numer. 7.
Specialiter tributa mandari non poſſunt. nu. 8.

1 Euertitur ad principiū legis, & ſic ad re-
r gulam quam tradiderat in principio legis,
ut etiam hic ait gloſ. in uerb. huius rei, &
probat eam eſſe ueram per argumētum. ſi-
mili argumento uſus eſt iuriſconſultus, in l. qui teſtamen
to. §. mulier. ff. de teſtament. & l. ex eo. ff. de teſtibus.

2 Regula autem eſt ꝙ ea quæ ſunt ſpecialiter tributa lege uel ſenatus conſulto, uel conſtitutione principis non tranſeunt mandata iuriſdictione, ꝙ autem hoc ſit uerũ, probatur fortiſſimo argumento. Nam lege Iulia de ui nominatim cauetur, ꝙ ille, cui contigerit exercitatio, poſſit

3 eam ſi proficiſcatur mandare. Sed in quo conſiſtit hæc fortitudo argumenti? nam legis Iuliæ exercitatio alia ratione uidetur ꝙ non tranſeat mãdata iuriſdictione, quia ſcilicet poteſtas gladij & alterius cuiuslibet cobertionis mandari non poteſt. l. nemo poteſt. ff. de reg. iur. l. ſolent. ff. de offic. proconſ. & inf. hac eadem. l. qui mandatam, & ideo licet talia quæ ſunt imperij, non poſsint mãdari, niſi à proficiſcente, non tamen ſequitur ꝙ idem ſit obſeruandum, in alijs quibuſcunq;, quæ ſpecialiter tribuuntur à lege, ſi forte ſint diuerſi generis, nam ex di-

4 uerſis non fit illatio. l. papinianus. ff. de minorib. Item caſu quo exemplum ſit bonum, tamen non ſequitur, lex dixit ꝙ hoc poſſit fieri in tali caſu, ergo nõ poterit fieri in alio, niſi reperiatur eſſe de genere prohibitorum, & ſic niſi ex alia lege oſtendatur ꝙ talia mandari ſunt prohibita, non uidetur bonum argumentum à iureconſulto

5 hic propoſitum. Tamen ſuſtinendo iuriſcõſultum, dico ꝙ recte loquutus eſt, & ꝙ argumentum iſtud eſt fortiſſimum, præſuppone autem ꝙ exempla hic propoſita non ſunt imperij, ſed iuriſdictionis, ut ſuadet materia ſubiecta. l. ſi uno, & ibi Bart. ff. locat. cognitio enim quarumcunq; etiam criminalium cauſarum iuriſdictionis eſt nõ imperij, ut ſepe dixi, ſed præſuppoſito ẽt ꝙ exempla hæc eſſent meri imperij, tamen poſſet ſuſtineri iuriſconſultus

6 & tunc oporteret præſupponere ꝙ iuriſdictio eſt genus

continens ĩt ſub ſe imperium, prout omnes pro certo tenent, & tũc dicendum eſt q exemplum hic à lege propoſitum eſt bonum, & eſt de contẽtis in regula, & ſic exercitatio legis Iuliæ de uipublica eſt unũ de his quæ ſpecialiter tribuuntur à lege, ut hic expreſſe præſupponit
7 tex. Ratio autem quare non poſſit delegari, ſecundum Doct. ea eſt quia eſt cauſa merij imperij. l. nemo poteſt. ff. de reg. iur. ſed dato q hæc cognitio ſit de mero imperio, tñ hæc ratio per ſe ſimpliciter ſumpta, non uidetur uera, ſed ita demum uera uidetur qñ illud imperium merum eſt datum à lege, ſecus ſi cõpetat iure magiſtratus, & ita loquitur tex. in d. l. nemo, ibi gladij poteſtatẽ ſibi datam, ex quo apparet q ſi non ſit data hæc cognitio, ſed competat iure magiſtratus, ceſſabit illa regula, quæ cum ſit limitata, limitatũ producit effectum. l. in agris. ff. de
8 acqui. re. domi. Igitur uera ratio ea ẽ, quia à lege ſpecialiter & nominatim tributa eſt hmõi exercitatio, & ſic regula, de qua in d. l. nemo poteſt, ꝓficiſcitur ex iſta, quæ hic in textu noſtro ponitur, ſit enim regula q ea q̃ ſpecialiter tributa ſunt lege uel ſenatus conſulto, uel cõſtitutione principis non delegantur, hac. l. in princ. cum aũt fere omnia quæ gladij poteſtatem continent aut quãlibet aliam cohertionẽ, ex legibus particularibus ſpecialiter tribuantur, ut ſentit Alciat. in c. quod ſedem. de of
9 fic. ordin. licet ego idem non probem, conſtituitur alia regula ſubalterna q nemo poteſt gladij poteſtatẽ ſibi datam aut cuiuslibet alterius cohertionis, in aliũ transferre, & p hæc probatur q exemplũ iuriſconſulti de lege Iulia eſt bonũ, et licet expreſſe nõ dicatur q cohertio legis Iuliæ ſit de illis caſibus, qui ſpecialiter tribuũtur, tñ

*ſatis cõſtat ex eo, quia lex poſt propoſitã regulam ſubij*
*cit exẽplũ legis Iuliæ, ideo licet nõ habeamus aliam legẽ*
*quæ magis expreſſe hoc dicat, tamẽ colligitur manifeſte*
*ex iſta, nec poſſumus contradicere ex quo lex eſt quæ*
*dat hmõi exemplũ, & ꝓſupponit ꝙ ſit de cõtentis in re-*
*gula, poteſt etiam dici, & uerius, quicquid alij dicant, ꝙ*
10 *cognitio de qua hic agitur pertinet ad iuriſdictionẽ, non*
*aũt ad imperium, quod potius in animaduerſione ꝗ̃ in co*
*gnitione conſiſtit, ut ait tex. in hac l. 1. §. fin. in uerb. ani*
*maduerſionem. & in l. imperiũ. ff. de iuriſdi. om. iud. &*
*in l. nemo poteſt. ff. de regu. iur. quæ animaduerſio ualde*
*differt à cognitione l. ſolent. ff. de offi. procõſ. de quo ui*
11 *de ſupra eo. in uerb. exercitationẽ, nu. 2.* Præſuppoſi
*to aũt ꝙ exẽplũ ſit bonũ & congruũ, & ꝙ cõueniat re*
*gulæ, et ſit de cõtẽtis in ea, prout negari nõ põt, ex quo*
12 *lex ipſa ponit pro bono & congruo exẽplo.* Videndũ
*eſt de alio. ſ. an hoc ſit fortiſſimũ argumẽtũ. in quo pro-*
*culdubio dicendũ eſt ꝙ ſic, & licet deberemus eſſe con-*
*tẽti legis auctoritate quæ hoc exprimit. Tñ nõ eſt ab re*
*inueſtigare rationem huius argumenti, ut ea inuenta in*
13 *alijs pari modo argumentari poſſimus.* Dic igitur ꝙ
*lex nõ debet eſſe ſuperflua, nec debet fieri ſuper eo quod*
*iam ſtatutũ eſt, nec debet priuilegij nõie concedi qđ ex*
*iure cõi competit l. 1. C. de theſau. lib. x. Ideo priuilegiũ*
*qđ datum eſt à Pompeio magno ponticis, ut qui matre põ*
*tica natus eſſet, ponticus eſſet, intelligitur eis datũ qui*
*ex legitimo matrimonio nati ponticã habeãt matrẽ tñ,*
*licet pater non ſit ponticus, nam ſi de uulgo quæſitis tñ*
*hoc intelligeretur fruſtra datum eſſet hoc priuilegium.*
*l. 1. §. fin. ff. ad municip. & de incol.* Item dicit lex ꝙ

*quando*

quando lex indulget aliquid in p̃teritum, uetat in futu-
14 rum, l. cum lex, ff. de leg. Item cum prætor unum ex
pluribus iudicare uetat, cæteris id permittere uide-
15 tur. l. cum prætor. in princip. ff. de iudic. Item cum
quid ſpeciale in uno caſu introducitur, præſupponitur
quòd in contrarium ſit ius commune, ut ait gloſſ. in c.
præſenti. §. loca. in uerb. ſpecialiter. de præben. lib. 6.
& gloſſ. in l. eos. C. de fabricen. lib. 11. & Abb. in c.
inter alia. colũ. 6. numero 21. de immuni. eccleſia. &
Bald. in l. 1. C. de eden. & Paul. de caſt. & alij in l. ſi
tutor. C. in quibus cauſ. in integ. reſtitu. non eſt neceſ.
facit text. in l. quod uero contra, & l. ius ſingulare. ff.
de legib. & c. quæ à iure, de regul. iur. lib. ſexto.

16 In propoſito cum lex Iulia nominatim cauet quòd ille
cui contigerit illius criminis cognitio poßit eam ſi pro-
ficiſcatur mandare, neceſſario infertur quòd in cæteris
caſibus id uetitum intelligatur, nam ſi paßim talia indi-
ſtincte mandari poſſent, fruſtra lex permitteret et in-
dulgeret quòd in caſu profectionis id mandari poßit,
cum ille caſus ſit omnino indubitabilis, permißio ergo le
gis in uno caſu ſpecialiter facta, arguit quòd in alijs caſi
bus id uetitum ſit, & hoc eſt fortißimum argumentum,
& recte appellatur fortißimum, quod prouenit non à
contrario ſenſu, ſed à ſpeciali, quo argumento etiam alſ
ſæpe utuntur iuriſconſulti, maxime in l. qui teſtamento.
§. mulier. ff. de teſtamen. & in l. ex eo. ff. de teſtibus.

17 Hic optime cadit materia argumenti à contrario ſenſu,
ſu, quã oẽs Doct. hic tractant, tu uide aliq̃d p̃ Alci. in c.
q̃d ſedẽ. de offi. ord. & latißime p̃ Nicol. euerard. in ſuo
eleganti tractã. de centum modis. argũ. cap. 4. ubi omnia

*cumulat. & dat ipſe nouã doctrinam, nõ diſcendendo tñ ab aliorum doctrinis cõiter approbatis. ego credo q. hoc genus argumenti parum ualeat, niſi per locum à ſpeciali ſeu à priuilegio cõceſſo, ſeu indulgentia, nam in cõtrario ſine dubio pſupponimus regulam contrariã, ut hic. & in l.1.ff.ad municip.cum ſimil. in alijs ego puto locũ eſſe argumẽto de caſu omiſſo.de quibus omnibus late diſputaui in calce cõmentariorũ quos edidi ad l.cũ mulier. ff.ſolu.matri.ubi de ratione & mente legis late tractatur.Ideo nõ repeto,ibi omnino uide. & dicam uerſ.ſeq.*

## L. 2. VERS. NON ALITER.

*Legibus obediendum eſt.*
*Reſponſa prudentum ueterum uim legibus obtinẽt,nu.2.*
*Fruſtra cõceditur quod iure cõmuni competit,nu.5.*
*Lex indulgens uno caſu,uetat in alijs,nu.6.*
*Delegatio eſt ſtricti iuris,nume.6.& 49.*
*Indulgentia in uno caſu preſupponit prohibitionem in alijs,numero.6.*
*Verba ubi ceſſant,diſpoſitio ceſſat,nume.7.*
*Priuilegia nõ extendũtur,nume.8.*
*Exceptio firmat regulam,nume.8.& 40.*
*Lex quod nõ dicit,nec nos dicemus,nume.9.*
*Exceptio in uno caſu porrigitur ad ſimiles, numero 10. Intellige quando ſunt expreßi,ibidem. Item intellige quando non ſumus in materia ſtricti iuris, niſi ratio ſit expreſſa.*
*Profecturus ex nulla cã an poßit mãdare ea quæ ſpecialiter competunt,nume.11.q. non,nu.12.*

*Legato*

Legato equiparatur is qui mandatam habet iuriſdictionem à præſide, nume. 12.
Præſes habet maius imperiũ oĩbus poſt principẽ. nu. 13.
Suſpecti tutoris cognitio mandari poteſt, nu. 14.
L. cognitio infra hoc tit. q̃uo procedat num. 15.
Locumtenens habet imperium. nu. 16.
Princeps omnia delegare poteſt, nume. 17.
Imperium in minimo gradu. nõ poteſt delegari, nu. 18.
Legatus ſpeciali iure cognitionem criminũ habet, nu. 22. & alia ſpecialia, nume. 30.
Induſtria electa perſone, an uideatur ex magnitudine negocij, numer. 29.
Argumentum de legato ad alium cui mandata eſt iuriſdictio an ualeat, nume. 30.
Delegari an poßit id quod municipalis magiſtratus non poteſt cognoſcere, nu. 31.
Cognitio imperij an mandari poßit alij, q̃ legato proconſulis, nu. 12. q. non, nu. 22. uſq; ad nu. 23.
Infirmus an poßit delegare cognitionem meri imperij. nu. 34. q. non, nu. 38.
Abſentia & infirmitas an equiparentur, nu. 35.
Infirmus per ſubſtitutum ſeruire poteſt. nu. 37.
Non aliter hæc uerba inducunt formam, nu. 38.
Infirmus delegare non poteſt. nu. 38.
Expreſſa diſpoſitio legis facit ceſſare tacitam, nu. 41.
Taxatiua dictio nõ excludit caſus ſimiles. nu. 42. Immo contra, nu. 45. 46.
L. ob es. C. de præd. mino. quomodo procedat, nu. 43.
Extẽſio nõ fit in mã exorbitãti. nu. 7. niſi rõ ſit exp̃ſſa, nu. 47. maxime q̃ñ materia nõ ẽ fauorabilis, nu. 48.

Extenſio non fit ubi ſubeſt maior ratio etiam in materia extendibili, numero. 49.
Ratio niſi appareat clare, puta ſi ea de ea dubitatur non fit extenſio, numero. 50.
Expreßiſſet ſi uoluiſſet, nume. 51.
Potentia omnis delegandi ſublata eſt per illa uerba non aliter mandare poterit, nume. 52.
Negatiua ante poſita uerbo poteſt tollit omnem potentiam, numero. 52.
Occupatus publicis negocijs an poßit delegare ea q̃ ſpecialiter ſunt tributa, nu. 53. 55. ꝙ non. 58.
Abſentis appellatione non cõtinetur occupatus, nu. 60
Occupatus & abſens non habent eandem rationem, numero. 61. 62.
Verba ubi conueniunt, conuenit ẽt diſpoſitio, nu. 64.
Expreſſo uerbo legis ſtandum eſt, nume. 65.
Lex clara cauillationibus non indiget, numero. 66.
Indubitabilis eſt quæſtio, de qua habemus caſum legis, numero. 67.

1 Concludit argumentum ſupra ſcriptum, & ait ꝙ cum lege iulia nominatim cautũ ſit, ut ille cui eius criminis cognitio contigerit eam mandare poßit in caſu profectionis, ſequitur neceſſario ꝙ non aliter mandari poterit huiuſmodi cohertio, quàm in caſu profectionis. Sed aduertẽdum eſt quòd hæc diſpoſitio legis iuliæ loquitur de exercitatione iudicij legis iuliæ de ui publica, & in hoc caſu, ex quo lex ita ſtatuit, non poſſumus contradicere. l. proſpexit. ff. qui & à quib. l. 1. ibi quod principi placuit.

ff. de

ff.de conſt. princ. iunct.l. quia poterat.ff. ad Trebell. & l.1.ibi lex eſt cui omnes obedire decet.ff.de legibus.

2 Certum eſt etiam ꝙ ex quo papiniani reſpōſum in pandectas redactū eſt,uim legis obtinet.l.2.C.de uete.iur.enucle. & hodie nō poſſumus negare quin uerū ſit hoc ꝙ talia,qualis eſt cognitio legis iuliæ de ui publica, & alia q̄ ſpecialiter tributa ſunt,mandari non poſſunt niſi in caſu

3 ꝓfectionis. Tamen poſſumus q̄rere an papinianus non tanquam legislator,ſed tanquam interpres legum recte argumentatus fuerit, & dicendum eſt ꝙ ſic,nam ex quo indulget lex in uno caſu,in ceteris uetare creditur,l.cū pretor in princ.ff.de iudi.uel ſaltem ꝑſupponere ꝙ ſit uetitum,ut ſupra dixi.In quo tamen aduertendum eſt quod lex non prohibet expreſſe quod non poßit mandari eius exercitatio in alijs caſibus, quàm in caſu profectionis, ſed indulgendo & diſpenſando quod huiuſmodi cognitio mandari poßit in caſu profectionis, innuit & preſupponit quod antea talis cognitio mandari non poterat, arg. text.in l.qui teſtamento, la ſecunda.§.mulier.ff.de teſtam.& l.ex eo.ff.de teſtib.& l.1.ff.ad municip.& l. cum pretor,in princ.ff.de iudic.& innuit quod niſi expreſſe cauiſſet eam mandari poſſe in caſu profectionis, non potuiſſet mandari, & ſic neceſſaria erat expreſſa cautio & diſpenſatio quod in illo caſu mandari poſſet.

4 Hæc autem probibitio ob quam lex iulia fecit diſpenſationem in uno caſu, non deſcendebat ex ipſa lege iulia, ſed ex prioribus regulis, ſeu legibus, ſeu moribus, ut dictum eſt, quæ regulæ colliguntur ex diſpenſatione & ex indulgentia facta in uno caſu particulari dicta.l.ex eo.ff.de teſtibus. Timebat ergo legiſ-

*lator q; cognitio legis iuliæ de ui publica, etiam à profici ſcente mandari non potuiſſet, niſi expreſſe id permiſſum fuiſſet, & ideo nominatim hoc cauit. Quæ leges ſeu mores priores proculdubio non loquebantur ex̄pſſe de lege iulia quæ nōdum lata erat, & quam preuidere non poterant, ſed credēdum q; in ſimilibus cauſis ita obſeruaretur, ideo lex iulia hanc obſeruantiam ſuſtulit in uno caſu*
5 *tātum. Itaq; fateri oportet q; ante legem iuliam de ui ita obſeruabatur, ut cauſæ ſimiles, qualis eſt exercitatio legis Iuliæ de ui publica, nullo caſu mandabātur, & ideo lex Iulia uolens q; aliquo caſu mādari poſſent, expreſſe cauit q; id fieri poſſet in caſu profectionis, alioqui ſi in alijs ſimilibus cauſis hoc nō fuiſſet prohibitum ſaltē ex conſuetudine, fruſtra feciſſet illam diſpenſationē in illo caſu l. 1. C. de theſau. lib. 10. l. 1. ff. ad municip. Hoc modo uult inducere Papinianus legis Iuliæ diſpenſationem, q; antea in ſimilibus cauſis non admittebatur mādatum iuriſdictionis, & ideo recte argumentatur de lege Iulia ad alias cauſas ſimiles, ut ſcilicet nō poßint mandari, et iuriſdictione mandata non tranſeant, niſi q; in caſu profectionis cognitio legis Iuliæ mādari poteſt, quod eſt priuilegium & diſpenſatio, cum alias iuriſdictio etiā à præ*
6 *ſente mandetur, ut hic ait tex. Sed quæremus ex quo hmōi indulgentia & diſpēſatio facta eſt in uno caſu tantum, & in cognitione unius criminis tātum, uidelicet in crimine legis Iuliæ de ui publica, an hoc erit extēdendū ad alia crimina publica, ut ſcilicet eadem ratione cognitio cæterorum criminum à proficiſcente mandari poßit, de quo nemo dubitat, omnes enim nemine diſcrepante hoc admittūt, immo nec ullus unquam hoc in cōtrouer-*

ſtam

